Joseph Willard's

Sidney Willard

Ὁ ΤΟΥ

ΘΟΥΚΥΔΙΔΟΥ

ΠΟΛΕΜΟΣ

ΠΕΛΟΠΟΝΝΗΣΙΑΚΟΣ.

THUCYDIDIS

BELLUM

PELOPONNESIACUM.

Ex editione WASSII et DUKERI.

TOM. VII.

C.

GLASGUAE:
IN AEDIBUS ACADEMICIS
EXCUDEBANT ROBERTUS ET ANDREAS FOULIS
ACADEMIAE TYPOGRAPHI
MDCCLIX.

ΤΗΣ ΤΟΥ

ΘΟΥΚΥΔΙΔΟΥ,

ΤΟΥ

ΟΛΟΡΟΥ,

ΞΥΓΓΡΑΦΗΣ, ΤΟ ΕΒΔΟΜΟΝ.

THUCYDIDIS

OLORI FILII,

HISTORIAE

LIBER SEPTIMUS.

ΤΗΣ ΤΟΥ

ΘΟΥΚΥΔΙΔΟΥ,

ΤΟΥ ΟΛΟΡΟΥ,

ΞΥΓΓΡΑΦΗΣ, ΤΟ ἙΒΔΟΜΟΝ.

Ὁ ΔῈ Γύλιππος καὶ ὁ Πυθὴν, ἐκ τοῦ Τάραντος, ἐπεὶ ἐπεσκεύασαν τὰς ναῦς, παρέπλευσαν ἐς Λοκροὺς τοὺς Ἐπιζεφυρίους. καὶ πυνθανόμενοι σαφέστερον ἤδη ὅτι οὐ παντελῶς πω ἀποτετειχισμέναι αἱ Συράκουσαι εἰσὶν, ἀλλ᾽ ἔτι οἷόν τε κατὰ τὰς Ἐπιπολὰς στρατιᾷ ἀφικομένους ἐσελθεῖν, ἐβουλεύοντο εἴτ᾽ ἐν δεξιᾷ λαβόντες τὴν Σικελίαν διακινδυνεύσωσιν ἐσπλεῦσαι, εἴτ᾽ ἐν ἀριστερᾷ ἐς Ἱμέραν πρῶτον πλεύσαντες, καὶ αὐτούς τε ἐκείνους καὶ στρατιὰν ἄλλην προσλαβόντες, οὓς ἂν πείθωσι, κατὰ γῆν ἔλθωσι. καὶ ἔδοξεν αὐτοῖς ἐπὶ τῆς Ἱμέρας πλεῖν, ἄλλως τε καὶ τῶν Ἀττικῶν τεσσάρων νεῶν οὔπω παρουσῶν τῷ Ῥηγίῳ, ἃς ὁ Νικίας ὅ-

THUCYDIDIS OLORI FILII, HISTORIAE

LIBER SEPTIMUS.

GYLIPPUS autem ac Pythen, postquam naves refecerunt, Tarento *solventes*, ad Locros Epizephyrios navigarunt. Jam autem certiores facti Syracusas nondum undique circumvallatas, sed adhuc licere cum exercitu venientibus per Epipolas introire, consultare coeperunt utrum a dextro Siciliae *latere* navigantes introitum *in urbem* periclitarentur, an vero sinistrum *latus* sequentes, Himeram primum peterent, et cum illis ipsis *Himeraeis*, tum etiam aliis copiis assumtis, *ex illorum numero*, quos *ad hanc expeditionem* inducere potuissent, *Syracusas* itinere terrestri proficiscerentur. Ipsis autem placuit Himeram proficisci, praesertim quod quatuor Atticae naves nondum Rhegium appulerant, quas Nicias, *quamvis clas-*

sem hostilem contemneret, tamen *ad ejus adventum observandum* miserat, cum eos apud Locros esse intellexisset. Sed *Gylippus et Pythen hunc istarum navium adventum, atque* has excubias praeverterunt, ac per fretum *in Siciliam ocius* trajecerunt. Et cum Rhegium ac *inde* Messanam appulissent, Himeram iverunt, Cum autem illic essent, Himeraeis persuadebant, ut arma consociarent, et se sequerentur, et nautis suis arma, quibus deerant, praeberent. Naves enim Himerae subduxerant. Praeterea Selinuntios, missis *ad eos nuntiis*, ad quendam locum *ipsis designatum*, *sibi* cum omnibus copiis obviam venire jusserunt. Nonnullas etiam copias non magnas se missuros ad ipsos promiserunt et Geloi et Siculorum nonnulli, qui longe alacrius *quam ante* ad illorum societatem sequendam erant parati, tum quod Archonides nuper decessisset, qui cum in ea Siciliae parte regnaret, nec parum potens esset, Atheniensibus amicus erat: tum etiam quod Gylippus Lacedaemone alacriter venire videretur. Gylippus autem, assumtis e suorum nautarum ac epibatarum numero, quos armaverat, ad septingentos,

μως πυνθανόμενος αὐτοὺς ἐν Λοκροῖς εἶναι ἀπέστειλε. φθάσαντες δὲ τὴν φυλακὴν ταύτην περαιοῦνται διὰ τοῦ πορθμοῦ. καὶ σχόντες Ῥηγίῳ καὶ Μεσήνῃ, ἀφικνοῦνται ἐς Ἱμέραν. ἐκεῖ δὲ ὄντες, τούς τε Ἱμεραίους ἔπεισαν ξυμπολεμεῖν, καὶ αὐτούς τε ἕπεσθαι, καὶ τοῖς ἐκ τῶν νεῶν τῶν σφετέρων ναύταις ὅσοι μὴ εἶχον ὅπλα παρασχεῖν. τὰς γὰρ ναῦς ἀνείλκυσαν ἐν Ἱμέρᾳ. καὶ τοὺς Σελινουντίους, πέμψαντες ἐκέλευον ἀπαντᾶν πανστρατιᾷ ἔς τι χωρίον. πέμψειν δέ τινα αὐτοῖς ὑπέσχοντο στρατιὰν οὐ πολλὴν καὶ οἱ Γελῷοι καὶ τῶν Σικελῶν τινές, οἳ πολὺ προθυμότερον προσχωρεῖν ἕτοιμοι ἦσαν, τοῦ Ἀρχωνίδου νεωστὶ τεθνηκότος, ὃς τῶν ταύτῃ Σικελῶν βασιλεύων τινῶν, καὶ ὢν οὐκ ἀδύνατος, τοῖς Ἀθηναίοις φίλος ἦν· καὶ τοῦ Γυλίππου ἐκ Λακεδαίμονος προθύμως δοκοῦντος ἥκειν. καὶ ὁ μὲν Γύλιππος, ἀναλαβὼν τῶν τε σφετέρων ναυτῶν καὶ ἐπιβατῶν τοὺς ὡπλισμένους ἑπ-

τακοσίους μάλιστα, Ἱμεραίους δὲ ὁπλίτας καὶ ψιλοὺς ξυναμφοτέρους χιλίους, καὶ ἱππέας ἑκατὸν, καὶ Σελινουντίων τινὰς ψιλοὺς, καὶ ἱππέας καὶ Γελώων ὀλίγους, Σικελῶν τε ἐς χιλίους τοὺς πάντας, ἐχώρει πρὸς τὰς Συρακούσας.

β'. Οἱ δ' ἐκ τῆς Λευκάδος Κορίνθιοι ταῖς τε ἄλλαις ναυσὶν ὡς εἶχον τάχους ἐβοήθουν, καὶ Γόγγυλος εἷς τῶν Κορινθίων ἀρχόντων μιᾷ νηῒ τελευταῖος ὁρμηθεὶς, πρῶτος μὲν ἀφικνεῖται ἐς τὰς Συρακούσας, ὀλίγον δὲ πρὸ Γυλίππου. καὶ καταλαβὼν αὐτοὺς περὶ ἀπαλλαγῆς τοῦ πολέμου μέλλοντας ἐκκλησιάσειν, διεκώλυσέ τε, καὶ παρεθάρσυνε, λέγων ὅτι νῆές τε ἄλλαι ἔτι προσπλέουσι, καὶ Γύλιππος ὁ Κλεανδρίδου Λακεδαιμονίων ἀποστειλάντων ἄρχων. καὶ οἱ μὲν Συρακούσιοι ἐπεῤῥώσθησάν τε, καὶ τῷ Γυλίππῳ εὐθὺς πανστρατιᾷ ὡς ἀπαντησόμενοι ἐξῆλθον. ἤδη γὰρ καὶ ἐγγὺς ὄντα ᾐσθάνοντο αὐτόν. ὁ δὲ Ἰέτας τό,

et Himeraeorum tam gravis quam levis armaturae ex utrisque promiscue ad mille, et equitibus centum, et Selinuntiorum aliquot leviter armatis, et equitibus etiam Geloorum paucis, et Siculorum mille universe militibus, Syracusas perrexit.

2. Corinthii autem, a Leucade solventes, cum reliquis navibus, celeritate quanta maxima potuerunt, ad opem *Syracusanis* ferendam venerunt. Et Gongylus, unus Corinthiorum dux, qui postremus cum una navi profectus fuerat, primus quidem, sed tamen paulo ante Gylippum, Syracusas appulit. Nactus autem ipsos *Syracusanos*, qui de bello sedando et compositione facienda concionem erant habituri, *hoc ne facerent*, impedivit, ac eorum animos confirmavit; quod dixisset, alias etiam naves, et Gylippum Cleandridae *filium*, ducem a Lacedaemoniis missum, adventare. Quamobrem Syracusani animis confirmati sunt, et confestim Gylippo cum omnibus copiis obviam ituri prodierunt. Jam enim ipsum adventare audierant. Ille vero, cum Jegas Sicu-

lorum munitionem obiter cepiſſet, et aciem ut ad proelium inſtruxiſſet, ad Epipolas contendit: et cum per Euryelum aſcendiſſet, qua et *ipſi* Athenienſes prius *aſcenderant*, cum Syracuſanis adverſus Athenienſium munitionem perrexit. Forte autem id temporis *eo* venit, quo duplex murus ſeptem octove ſtadiorum longitudine jam ab Athenienſibus ad magnum portum perfectus erat, excepta exigua quadam *ejus* parte, quae mare verſus ſpectabat. nam *Athenienſes partem* iſtam adhuc aedificabant. Ab altera vero, eaque majore ambitus *parte*, Trogilum verſus, ad alterum mare, lapides jam comportati jacebant; et opus alibi quidem ſemiperfectum, alibi vero etiam perfectum erat relictum. Eo periculi Syracuſae venerant.

3. Athenienſes vero, propter repentinum ac ſibi infeſtum Gylippi et Syracuſanorum adventum, primum quidem turbati ſunt, aciem tamen inſtruxerunt. Ille vero, juxta *ipſos* agmen ſiſtens, caduceatorem ad

τε τεῖχος ἐν τῇ παρόδῳ τῶν Σικελῶν ἑλὼν, καὶ ξυνταξάμενος ὡς ἐς μάχην, ἀφικνεῖται ἐς τὰς Ἐπιπολάς. καὶ ἀναβὰς κατὰ τὸν Εὐρύηλον, ᾗπερ καὶ οἱ Ἀθηναῖοι τοπρῶτον, ἐχώρει μετὰ τῶν Συρακουσίων ἐπὶ τὸ τείχισμα τῶν Ἀθηναίων. ἔτυχε δὲ κατὰ τοῦτο καιροῦ ἐλθὼν ἐν ᾧ ἑπτὰ μὲν ἢ ὀκτὼ σταδίων ἤδη ἐπετετέλεστο τοῖς Ἀθηναίοις ἐς τὸν μέγαν λιμένα διπλοῦν τεῖχος, πλὴν κατὰ βραχύ τι τὸ πρὸς τὴν θάλασσαν· τοῦτο δ' ἔτι ᾠκοδόμουν. τῷ δὲ ἄλλῳ τοῦ κύκλου πρὸς τὸν Τρώγιλον ἐπὶ τὴν ἑτέραν θάλασσαν, λίθοι τε παραβεβλημένοι τῷ πλέονι ἤδη ἦσαν, καὶ ἔστιν ἃ καὶ ἡμίεργα, τὰ δὲ καὶ ἐξειργασμένα κατελείπετο. παρὰ τοσοῦτον μὲν αἱ Συράκουσαι ἦλθον κινδύνου.

γ'. Οἱ δὲ Ἀθηναῖοι, αἰφνιδίως τοῦ τε Γυλίππου καὶ τῶν Συρακουσίων σφίσιν ἐπιόντων, ἐθορυβήθησαν μὲν πρῶτον, παρετάξαντο δέ. ὁ δὲ, θέμενος τὰ ὅπλα ἐγγὺς,

κήρυκα προπέμπει αὐτοῖς, λέγοντα, εἰ βȣ́λονται ἐξιέναι ἐκ τῆς Σικελίας, πέντε ἡμερῶν, λαϐόντες τὰ σφέτερα αὐτῶν, ἕτοιμος εἶναι σπένδεσθαι. οἱ δὲ, ἐν ὀλιγωρίᾳ τε ἐποιȣ̃ντο, καὶ ȣ̓δὲν ἀποκρινάμενοι, ἀπέπεμψαν. καὶ μετὰ τȣ̃το ἀντιπαρεσκευάζοντο ἀλλήλοις ὡς ἐς μάχην. καὶ ὁ Γύλιππος ὁρῶν τȣ̀ς Συρακȣσίȣς ταρασσομένȣς, καὶ ȣ̓ ῥᾳδίως ξυντασσομένȣς, ἐπανῆγε τὸ ϛρατόπεδον ἐς τὴν εὐρυχωρίαν μᾶλλον. καὶ ὁ Νικίας ȣ̓κ ἐπῆγε τȣ̀ς Ἀθηναίȣς, ἀλλ' ἡσύχαζε πρὸς τῷ ἑαυτȣ̃ τείχει. ὡς δ' ἔγνω ὁ Γύλιππος ȣ̓ προσιόντας αὐτȣ̀ς, ἀπήγαγε τὴν ϛρατιὰν ἐπὶ τὴν ἄκραν τὴν Τεμενίτην καλȣμένην, καὶ αὐτȣ̃ ηὐλίσαντο. τῇ δ' ὑϛεραίᾳ ἄγων τὴν μὲν πλείϛην τῆς ϛρατιᾶς παρέταξε πρὸς τὰ τείχη τῶν Ἀθηναίων, ὅπως μὴ ἐπιϐοηθοῖεν ἄλλοσε. μέρος δέ τι πέμψας πρὸς τὸ φρȣ́ριον τὸ Λάϐδαλον, αἱρεῖ, καὶ ὅσȣς ἔλαϐεν ἐν αὐτῷ, πάντας ἀπέκτεινεν. ἦν δὲ ȣ̓κ ἐπι-

ipsos praemittit, qui diceret, si intra quinque dies ex Sicilia discedere vellent, sumtis suis rebus, se paratum esse ad foedus cum ipsis faciendum. Illi vero *haec* parvi faciebant, nulloque responso reddito *caduceatorem* remiserunt. Postea vero utrique aciem aciei adversam ut ad proelium instruxerunt. Sed Gylippus animadvertens Syracusanos perturbari, nec facile in suos ordines redigi, copias in locum patentiorem reduxit. Nicias vero Athenienses adversus *hostem* non duxit: sed prope suam munitionem se *cum suis copiis* continuit. Gylippus autem, cum animadvertisset ipsos contra se non venientes, exercitum abduxit in verticem nomine Temeniten, ibique castris positis pernoctarunt. Postridie vero majorem *suarum* copiarum partem acie instructa ad Atheniensium muros duxit, ne alio ad opem *suis* ferendam irent. Quadam autem *copiarum* parte ad castellum Labdalum missa, *id* cepit, et quotquot in eo nactus est, omnes interfecit. Is enim locus a *caeteris* Atheni-

ensibus conspici non poterat. Eodem die triremis etiam Atheniensium a Syracusanis capta est, dum ad *magnum* portum appelleret.

4. Postea vero Syracusani et socii murum exstruere coeperunt, initio ab urbe facto, eum per Epipolas sursum versus ducentes ad illum *alterum* transversum *ac* simplicem *murum, a Syracusanis jam exstructum,* ut Athenienses, nisi impedire possent, circumvallare amplius non possent. Athenienses autem, muro ad mare absoluto, in loca superiora jam se receperant; sed Gylippus (erat enim quaedam illius muri ab Atheniensibus exstructi pars infirma) noctu copiis assumtis ad illum contendit. Athenienses vero (nam extra *vallum* stationem habebant) cum *hoc* sensissent, obviam ei iverunt. Ille vero, cum *hoc* animadvertisset, suos celeriter reduxit. Athenienses autem, hoc *muro* sublimius excitato, ipsi quidem hic excubias agebant, reliquos vero socios in reliquis illius munitionis partibus, ubi

φανὲς τοῖς Ἀθηναίοις τὸ χωρίον. καὶ τριήρης τῇ αὐτῇ ἡμέρᾳ ἁλίσκεται τῶν Ἀθηναίων ὑπὸ τῶν Συρακουσίων, ἐφορμοῦσα τῷ λιμένι.

.δ. Καὶ μετὰ ταῦτα ἐτείχιζον οἱ Συρακούσιοι καὶ οἱ ξύμμαχοι διὰ τῶν Ἐπιπολῶν, ἀπὸ τῆς πόλεως ἀρξάμενοι ἄνω πρὸς τὸ ἐγκάρσιον τεῖχος ἁπλοῦν· ὅπως οἱ Ἀθηναῖοι, εἰ μὴ δύναιντο κωλῦσαι, μηκέτι οἷοί τε ὦσιν ἀποτειχίσαι. καὶ οἵ, τε Ἀθηναῖοι ἀναβεβήκεσαν ἤδη ἄνω, τὸ ἐπὶ θαλάσσῃ τεῖχος ἐπιτελέσαντες, καὶ ὁ Γύλιππος (ἦν γάρ τι τοῖς Ἀθηναίοις τοῦ τείχους ἀσθενὲς) νυκτὸς ἀναλαβὼν τὴν στρατιὰν, ἐπῄει πρὸς αὐτό. οἱ δ' Ἀθηναῖοι (ἔτυχον γὰρ ἔξω αὐλιζόμενοι) ὡς ᾔσθοντο, ἀντεπῄεσαν. ὁ δὲ γνοὺς, κατὰ τάχος ἀπήγαγε τοὺς σφετέρους πάλιν. ἐποικοδομήσαντες δὲ αὐτὸ οἱ Ἀθηναῖοι ὑψηλότερον, αὐτοὶ μὲν ταύτῃ ἐφύλασσον, τοὺς δὲ ἄλλους ξυμμάχους κατὰ τὸ ἄλλο τείχισμα

ἤδη διέταξαν ᾗπερ ἔμελλον ἕκαστοι φρουρεῖν. τῷ δὲ Νικίᾳ ἐδόκει τὸ Πλημμύριον καλούμενον τειχίσαι· (ἔστι δὲ ἄκρα ἀντιπέρας τῆς πόλεως, ἥπερ προύχουσα τοῦ μεγάλου λιμένος τὸ στόμα στενὸν ποιεῖ) καὶ εἰ τειχισθείη, ῥᾴων αὐτῷ ἐφαίνετο ἡ ἐσκομιδὴ τῶν ἐπιτηδείων ἔσεσθαι. δι' ἐλάσσονος γὰρ πρὸς τῷ λιμένι τῷ τῶν Συρακουσίων ἐφορμήσειν σφᾶς, καὶ οὐχ ὥσπερ νῦν ἐκ μυχοῦ τοῦ λιμένος τὰς ἐπαγωγὰς ποιήσεσθαι, ἤν τι ναυτικῷ κινῶνται. προσεῖχέ τε ἤδη μᾶλλον τῷ κατὰ θάλασσαν πολέμῳ, ὁρῶν τὰ ἐκ τῆς γῆς σφίσιν, ἐπειδὴ Γύλιππος ἧκεν, ἀνελπιστότερα ὄντα. διακομίσας οὖν στρατιὰν καὶ τὰς ναῦς, ἐξετείχιζε τρία φρούρια· καὶ ἐν αὐτοῖς τά τε σκεύη τὰ πλεῖστα ἔκειτο, καὶ τὰ πλοῖα ἤδη ἐκεῖ τὰ μεγάλα ὥρμει, καὶ αἱ ταχεῖαι νῆες. ὥστε καὶ τῶν πληρωμάτων οὐχ ἥκιστα τότε πρῶτον κάκωσις ἐγένετο· τῷ τε γὰρ ὕδατι σπανίῳ χρώμενοι, καὶ οὐκ ἐγγύθεν, καὶ ἐπὶ φρυγανισ-

ſinguli excubias erant acturi, jam diſpoſuerant. Niciae vero videbatur muniendus eſſe locus, quem Plemmyrium vocant. (Eſt autem promontorium e regione urbis, quod, in magnum portum prominens, ejus fauces coarctat.) Hoc enim munito, commeatus *in caſtra* facilius importatum iri judicabat. Breviore enim intervallo prope *parvum* Syracuſanorum portum ſe ſtationem habituros, neque quemadmodum tunc *facere cogebantur,* ex intimo *magni* portus ſinu, *atque longiore intervallo,* ſe ituros contra *hoſtes,* ſiquid *illi* claſſe molirentur. Quamobrem animum ad bellum maritimum jam magis appellebat, quod poſt adventum Gylippi minorem ſpem de rebus terreſtribus ſibi concipiendam eſſe videret. Copiis igitur et navibus *eo* traductis, tria propugnacula exſtruxit. In his autem pleraque inſtrumenta repoſita erant; et magna navigia, naveſque veloces illic in ſtatione jam manebant. Quamobrem etiam tunc primum maxima claſſiariorum militum jactura facta eſt; nam aquae penuria laborabant, et procul *a munitionibus* aquari cogebantur. Prae-

terea quoties nautae lignatum prodibant, ab equitatu Syracusanorum, qui terram obtinebat, *excepti plerique* interficiebantur. Nam tertia equitatus pars a Syracusanis in oppidulo, quod est in Olympieo, collocata fuerat, propter illos, qui erant in Plemmyrio, ne ad agrum maleficiis infestandum *illinc* prodirent. Praeterea Nicias reliquas etiam Corinthiorum naves adventare audiebat. Quare viginti naves misit, ut illarum adventum observarent; quibus mandatum fuerat, ut circa Locros, et Rhegium, et loca, per quae accessus ad Siciliam patebat, stationem haberent.

5. Gylippus vero simul quidem murum, quem per Epipolas ducebat, exstruebat, utens lapidibus, quos Athenienses in usum suum agesserant, simul etiam Syracusanos et socios in aciem extra munitionem producebat. Et Athenienses aciem illis oppositam instruebant. Postquam autem Gylippo tempus opportunum adesse visum est, hostes prior aggressus est. Et cum ad manus venissent, pugnarunt in eo spatio, quod inter

μὸν ἅμα ὁπότε ἐξέλθοιεν οἱ ναῦται, ὑπὸ τῶν ἱππέων τῶν Συρακουσίων, κρατούντων τῆς γῆς, διεφθείροντο. τρίτον γὰρ μέρος τῶν ἱππέων τοῖς Συρακουσίοις διὰ τοὺς ἐν τῷ Πλημμυρίῳ, ἵνα μὴ κακουργήσαντες ἐξίοιεν, ἐπὶ τῇ ἐν τῷ Ὀλυμπιείῳ πολίχνῃ ἐτετάχατο. ἐπυνθάνετο δὲ καὶ τὰς λοιπὰς τῶν Κορινθίων ναῦς προσπλεούσας ὁ Νικίας· καὶ πέμπει ἐς φυλακὴν αὐτῶν εἴκοσι ναῦς, αἷς εἴρητο περί τε Λοκροὺς καὶ Ῥήγιον καὶ τὴν προσβολὴν τῆς Σικελίας ναυλοχεῖν αὐτάς.

ε΄. Ὁ δὲ Γύλιππος ἅμα μὲν ἐτείχιζε τὸ διὰ τῶν Ἐπιπολῶν τεῖχος, τοῖς λίθοις χρώμενος οὓς οἱ Ἀθηναῖοι προσπαρεβάλοντο σφίσιν, ἅμα δὲ παρέτασσεν ἐξάγων ἀεὶ πρὸ τοῦ τειχίσματος τοὺς Συρακουσίους, καὶ τοὺς ξυμμάχους· καὶ οἱ Ἀθηναῖοι ἀντιπαρετάσσοντο. ἐπειδὴ δὲ ἔδοξε Γυλίππῳ καιρὸς εἶναι, ἦρχε τῆς ἐφόδου, καὶ ἐν χερσὶ γενόμενοι ἐμάχοντο μεταξὺ τῶν

τειχισμάτων, ἡ τῆς ἵππȣ τῶν Συρακȣσίων [ϗ τῶν ξυμμάχων] ȣ̓δεμία χρῆσις ἦν· καὶ νικηθέντων τῶν Συρακȣσίων ϗ τῶν ξυμμάχων, ϗ νεκρȣ̀ς ὑποσπόνδȣς ἀνελομένων, ϗ τῶν Αθηναίων τροπαῖον ϛησάντων, ὁ Γύλιππος ξυγκαλέσας τὸ ϛράτευμα, ȣ̓κ ἔφη τὸ ἁμάρτημα ἐκείνων ἀλλ' αὐτȣ̃ γενέσθαι. τῆς γὰρ ἵππȣ καὶ τῶν ἀκοντιϛῶν τὴν ὠφέλειαν, τῇ τάξει ἐντὸς λίαν τῶν τειχῶν ποιήσας, ἀφελέσθαι. νῦν ȣ̓͂ν αὖθις ἐπάξειν. καὶ διανοεῖσθαι ȣ̔́τως ἐκέλευεν αὐτȣ̀ς ὡς τῇ μὲν παρασκευῇ ȣ̓κ ἔλασσον ἕξοντας, τῇ δὲ γνώμῃ, ȣ̓κ ἀνεκτὸν ἐσόμενον εἰ μὴ ἀξιώσȣσι, Πελοποννήσιοί τε ὄντες ϗ Δωριεῖς, Ιώνων ϗ νησιωτῶν ϗ ξυγκλύδων ἀνθρώπων, κρατήσαντες, ἐξελάσασθαι ἐκ τῆς χώρας.

ϛ'. Καὶ μετὰ ταῦτα ἐπειδὴ καιρὸς ἦν, αὖθις ἐπῆγεν αὐτȣ̀ς. ὁ δὲ Νικίας καὶ οἱ Αθηναῖοι νομίζοντες ϗ ἐκεῖνοι, εἰ μὴ ἐθέλοιεν μάχης ἄρχειν, ἀναγκαῖον εἶναι σφί-

utrorumque munitiones erat, ubi nullus erat usus equitatus Syracusanorum atque sociorum. Cum autem Syracusani et socii victi fuissent, suorumque cadavera fide publica interposita sustulissent, et Athenienses tropaeum erexissent; Gylippus, convocatis copiis, non illarum, sed suam culpam fuisse dixit. Se enim equitatus ac velitum usum *ipsis* eripuisse, quod inter *utrorumque* munitiones in loco nimis angusto aciem instruxisset. Nunc autem se rursus educturum. Quare jubebat illos ita secum cogitare, se quidem apparatu inferiores non futuros; animis vero sic esse statuendum, minime ferendum fore, nisi ipsi, qui Peloponnesii et Dorienses essent, Iones et insularum incolas et convenas homines, superatos, ex *sua* regione ejicere vellent.

6. Postea vero, cum tempus opportunum venisset, eos rursus eduxit. Nicias vero et Athenienses, existimantes ipsi quoque, quamvis initium proelii facere nollent, sibi tamen necessarium esse, non pati murum

prope aedificari. (Jam enim murus, qui ab illis *Syracusanis* aedificabatur, propemodum vel ultra extremitatem muri ab Atheniensibus exstructi processerat. Qui si processisset, jam duplex commodum ipsis *Syracusanis* attulisset, ut et pugnantes assidue vincerent, et *si mallent* proelio supersederent.) In aciem igitur contra Syracusanos prodierunt. Gylippus vero, gravis armaturae militibus extra munitiones longius quam ante productis, manus cum ipsis conseruit. Equitatum vero et velites à latere Atheniensium in loco spatioso collocaverat, ubi utrarumque munitionum opera desinebant. Hic autem equitatus in ipso proelio impressione facta in sinistrum Atheniensium cornu, quod ipsi erat oppositum, *id* in fugam vertit. Et propterea reliquus etiam *illorum* exercitus, a Syracusanis victus, in *suas* munitiones praeceps est compulsus. Nocte autem insequenti murum prope munitionem Atheniensium ocius aedificarunt, ac ultra *eam* perduxerunt, ita ut neque ipsi ab illis amplius impediri possent, *ne murum absol-*

σι μὴ περιορᾷν παροικοδομούμενον τὸ τεῖχος· ἤδη γὰρ καὶ ὅσον οὐ παρεληλύθει τὴν τῶν Ἀθηναίων τοῦ τείχους τελευτὴν ἡ ἐκείνων τείχισις· καὶ εἰ προέλθοι, ταυτὸν ἤδη ἐποίει αὐτοῖς, νικᾷν τε μαχομένοις διαπαντὸς, καὶ μηδὲ μάχεσθαι. ἀντεπῄεσαν οὖν τοῖς Συρακουσίοις. καὶ ὁ Γύλιππος τοὺς μὲν ὁπλίτας ἔξω τῶν τειχῶν μᾶλλον ἢ πρότερον προεξαγαγὼν ξυνέμισγεν αὐτοῖς. τοὺς δ' ἱππέας καὶ τοὺς ἀκοντιστὰς ἐκ πλαγίου τάξας τῶν Ἀθηναίων, κατὰ τὴν εὐρυχωρίαν, ᾗ τῶν τειχῶν ἀμφοτέρων αἱ ἐργασίαι ἔληγον· καὶ προσβαλόντες οἱ ἱππεῖς ἐν τῇ μάχῃ τῷ εὐωνύμῳ κέρᾳ τῶν Ἀθηναίων, ὅπερ κατ' αὐτοὺς ἦν, ἔτρεψαν· καὶ δι' αὐτὸ καὶ τὸ ἄλλο στράτευμα νικηθὲν ὑπὸ τῶν Συρακουσίων, κατηράχθη ἐς τὰ τειχίσματα. καὶ τῇ ἐπιούσῃ νυκτὶ ἔφθασαν παροικοδομήσαντες, καὶ παρελθόντες τὴν τῶν Ἀθηναίων οἰκοδομίαν, ὥστε μηκέτι μήτε αὐτοὶ κωλύεσθαι ὑπ' αὐτῶν, ἐκείνους

τε καὶ παντάπασιν ἀπεςερηκέναι, εἰ καὶ κρατοῖεν, μὴ ἂν ἔτι σφᾶς ἀποτειχίσαι.

ζ΄. Μετὰ δὲ τοῦτο αἵ τε τῶν Κορινθίων νῆες καὶ Αμπρακιωτῶν καὶ Λευκαδίων ἐσέπλευσαν αἱ ὑπόλοιποι δώδεκα, λαθοῦσαι τὴν τῶν Αθηναίων φυλακήν. ἦρχε δὲ αὐτῶν Ερασινίδης Κορίνθιος· καὶ ξυνετείχισαν τὸ λοιπὸν τοῖς Συρακουσίοις, [μέχρι] τοῦ ἐγκαρσίου τείχους. καὶ ὁ Γύλιππος ἐς τὴν ἄλλην Σικελίαν ἐπὶ ςρατιάν τε ᾤχετο, καὶ ναυτικὴν καὶ πεζικὴν ξυλλέξων, καὶ τῶν πόλεων ἅμα προσαξόμενος εἴτις ἢ μὴ πρόθυμος ἦν, ἢ παντάπασιν ἔτι ἀφειςήκει τοῦ πολέμου. πρέσβεις τε ἄλλοι τῶν Συρακουσίων καὶ Κορινθίων ἐς Λακεδαίμονα καὶ Κόρινθον ἀπεςάλησαν, ὅπως ςρατιὰ ἔτι περαιωθῇ, τρόπῳ ᾧ ἂν ἐν ὁλκάσιν, ἢ πλοίοις, ἢ ἄλλως ὅπως ἂν προχωρῇ, ὡς καὶ τῶν Αθηναίων ἐπιμεταπεμπομένων. οἵτε Συρακούσιοι ναυτικὸν ἐπλήρουν, καὶ ἀνεπειρῶντο, ὡς καὶ τούτῳ ἐπιχειρήσον-

verent, et vel omnem in posterum sui circumvallandi facultatem, quamvis vincerent, illis eriperent.

7. Postea vero Corinthiorum et Ambraciotarum et Leucadiorum naves, quae reliquae erant, numero duodecim, clam Atheniensium custodia navigarunt, *et ad urbem appulerunt*. Illis autem praeerat Erasinides Corinthius. Et in reliqua *muri parte* aedificanda, *atque* usque ad *alterum* transversum murum Syracusanos adjuverunt. Gylippus autem caeteram Siciliam obivit, ut navales pedestresque copias colligeret, simul etiam ut civitates ad societatem secum ineundam solicitaret, si qua aut propensa non erat, aut a bello prorsus adhuc abstinebat. Alii quoque Syracusanorum et Corinthiorum legati Lacedaemonem et Corinthum missi fuerunt, ut novus exercitus trajiceretur, quocunque modo, sive navibus onerariis, sive navigiis, sive quacunque alia ratione *res commode* succedere posse videretur, quod et Athenienses *alias etiam copias* accerserent. Et Syracusani classem instruebant, et *hujus quoque rei* periculum faciebant, quod hanc quoque rem aggredi statu-

issent, et in caeteras res totis viribus incumbebant.

8. Nicias vero, cum hoc intellexisset, et hostium quidem potentiam, suam vero *rerum omnium* penuriam in dies crescere videret, nuntios et ipse Athenas misit, saepe quidem et alias, de singulis *rebus*, quae gerebantur: sed tunc vel maxime, quod res suas in maximum discrimen adductas esse, et nisi primo quoque tempore *Athenienses* aut se revocarent, aut alios non paucos mitterent, nullam salutis spem superesse duceret. Veritus autem, ne *nuntii*, qui mittebantur, vel propter facundiae vel propter consilii inopiam, vel etiam aliquid ad populi voluntatem dicentes, vera non renunciarent, epistolam scripsit: existimans fore, ut hoc modo potissimum suam sententiam ab ipso nuncio minime suppressam Athenienses cognoscerent, et de rebus veris deliberarent. Atque illi quidem, quos misit, cum literis, quas ferebant, et cum mandatis, quae acceperant, quae ipsos exponere oportebat, abierunt. Nicias vero res castrenses jam custodiens,

τες, καὶ ἐς τἆλλα πολὺ ἐπέῤῥωντο.

η'. Ὁ δὲ Νικίας, αἰσθόμενος τοῦτο, καὶ ὁρῶν καθ' ἡμέραν ἐπιδιδοῦσαν τήν τε τῶν πολεμίων ἰσχὺν καὶ τὴν σφετέραν ἀπορίαν, ἔπεμπε καὶ αὐτὸς ἐς τὰς Ἀθήνας ἀγγέλλοντας, πολλάκις μὲν καὶ ἄλλοτε καθ' ἕκαστα τῶν γιγνομένων, μάλιστα δὲ καὶ τότε, νομίζων ἐν τοῖς δεινοῖς τε εἶναι, καὶ ἢν μὴ ὡς τάχιστα ἢ σφᾶς μεταπέμψωσιν, ἢ ἄλλους μὴ ὀλίγους ἀποστέλλωσιν, οὐδεμίαν εἶναι σωτηρίαν. φοβούμενος δὲ μὴ οἱ πεμπόμενοι, ἢ κατὰ τὴν τοῦ λέγειν ἀδυνασίαν, ἢ καὶ γνώμης ἐλλιπεῖς γιγνόμενοι, ἢ τῷ ὄχλῳ πρὸς χάριν τὶ λέγοντες, οὐ τὰ ὄντα ἀπαγγείλωσιν, ἔγραψεν ἐπιστολήν. νομίζων οὕτως ἂν μάλιστα τὴν αὐτοῦ γνώμην, μηδὲν ἐν τῷ ἀγγέλῳ ἀφανισθεῖσαν, μαθόντας τοὺς Ἀθηναίους, βουλεύσασθαι περὶ τῆς ἀληθείας. καὶ οἱ μὲν ᾤχοντο φέροντες οὓς ἀπέστειλε τὰ γράμματα, καὶ ὅσα ἔδει αὐτοὺς εἰπεῖν. ὁ δὲ, τὰ κατὰ τὸ στρατόπε-

δον διὰ φυλακῆς ἤδη ἔχων, ἑκουσίων κινδύνων ἐπεμελεῖτο.

θ'. Ἐν δὲ τῷ αὐτῷ θέρει τελευτῶντι, καὶ Εὐετίων στρατηγὸς Ἀθηναίων, μετὰ Περδίκκου στρατεύσας ἐπ' Ἀμφίπολιν Θραξὶ πολλοῖς, τὴν μὲν πόλιν οὐχ εἷλεν· ἐς δὲ τὸν Στρυμόνα περικομίσας τριήρεις, ἐκ τοῦ ποταμοῦ ἐπολιόρκει, ὁρμώμενος ἐξ Ἱμεραίου. καὶ τὸ θέρος ἐτελεύτα τοῦτο.

ι'. Τοῦ δ' ἐπιγιγνομένου χειμῶνος ἥκοντες ἐς τὰς Ἀθήνας οἱ παρὰ τοῦ Νικίου, ὅσα τε ἀπὸ γλώσσης εἴρητο αὐτοῖς εἶπον, καὶ εἴ τις τι ἠρώτα ἀπεκρίνοντο· καὶ τὴν ἐπιστολὴν ἀπέδοσαν. ὁ δὲ γραμματεὺς τῆς πόλεως, παρελθὼν ἀνέγνω τοῖς Ἀθηναίοις, δηλοῦσαν τοιάδε.

ια'. ‘ ΤΑ μὲν πρότερον πραχθέντα, ‘ ὦ Ἀθηναῖοι, ἐν ἄλλαις πολλαῖς ἐπιστο- ‘ λαῖς ἴστε· νῦν δὲ καιρὸς οὐχ ἧττον μαθόν- ‘ τας ὑμᾶς ἐν ᾧ ἐσμὲν βουλεύσασθαι. κρα-

voluntariorum periculorum curam gerebat; *eaque tantum, quae non ultro provocaverat, discrimina subibat.*

9. Eadem autem aestate jam extrema, Euetion etiam Atheniensium dux, cum Perdicca multisque Thracibus Amphipoli bellum inferens, urbem quidem non expugnavit: sed, triremibus in Strymonem circumductis, ab ipso fluvio *urbem* obsidebat, ex Imeraeo, *ubi belli sedem posuerat*, proficiscens. Atque haec aestas excessit.

10. Hyeme autem ineunte, qui a Nicia missi fuerant, Athenas pervenerunt, et omnia mandata, quae ab illo acceperant, exposuerunt, et si quis aliquid percontabatur, respondebant: epistolamque reddiderunt. Civitatis autem scriba in medium progressus *eam* Atheniensibus recitavit, cujus haec erant verba.

11. 'Res quidem ante gestas, Athenienses, ex multis aliis *meis* epistolis, cognovistis. Jam vero tempus postulat longe magis, *quam ante*, ut in quo statu sint res

'nostrae cognoscatis, et *pro eo, ac opus est,*
'deliberetis. Cum enim Syracusanos, ad-
'versus quos missi fuimus, majore procelio-
'rum parte superassemus, et munitiones ex-
'struxissemus, in quibus nunc sumus, venit
'Gylippus Lacedaemonius cum exercitu,
'quem ex Peloponneso duxit, et ex quibus-
'dam Siciliae civitatibus. Et primo quidem
'proelio a nobis superatus est: postridie
'vero, ab equitum velitumque multitudine
'per vim coacti, in munitiones nos recepi-
'mus. Nunc igitur nos propter adversari-
'orum multitudinem, omissa *urbis* circum-
'vallatione, quiescimus. Nec enim omni-
'bus *nostris* copiis uti possumus, quod mu-
'nitionum custodia magnam gravis arma-
'turae partem absumat. Hostes vero mu-
'rum simplicem juxta nostrum excitave-
'runt, ita ut eos amplius circumvallare ne-
'queamus, nisi quis hanc munitionem nos-
'tris vicinam cum magnis copiis adortus
'expugnet. Contigit etiam, ut nos, qui
'alios obsidere videbamur, ipsi potius, fal-
'tem quod ad terram attinet, hoc patiamur.

‘ τησάντων γὰρ ἡμῶν μάχαις ταῖς πλεί-
‘ οσι Συρακȣσίȣς, ἐφ’ ȣ̋ς ἐπέμφθημεν, καὶ
‘ τὰ τείχη οἰκοδομησαμένων, ἐν οἷσπερ
‘ νῦν ἐσμὲν, ἦλθε Γύλιππος Λακεδαιμό-
‘ νιος, ςρατιὰν ἔχων ἐκ Πελοποννήσȣ καὶ
‘ ἀπὸ τῶν ἐν Σικελίᾳ πόλεων ἔςιν ὧν. καὶ
‘ μάχῃ τῇ μὲν πρώτῃ νικᾶται ὑφ’ ἡμῶν,
‘ τῇ δ’ ὑςεραίᾳ, ἱππεῦσί τε πολλοῖς καὶ
‘ ἀκοντιςαῖς βιασθέντες, ἀνεχωρήσαμεν
‘ ἐς τὰ τείχη. νῦν ȣ̓͂ν ἡμεῖς μὲν παυσάμε-
‘ νοι τȣ͂ περιτειχισμȣ͂ διὰ τὸ πλῆθος τῶν
‘ ἐναντίων, ἡσυχάζομεν. ȣ̓δὲ γὰρ ξυμπά-
‘ σῃ τῇ ςρατιᾷ δυναίμεθ’ ἂν χρήσασθαι,
‘ ἀπαναλωκυίας τῆς φυλακῆς τῶν τει-
‘ χῶν μέρος τὶ τȣ͂ ὁπλιτικȣ͂. οἱ δὲ παρῳ-
‘ κοδομήκασιν ἡμῖν τεῖχος ἁπλȣ͂ν, ὥςε
‘ μὴ εἶναι ἔτι περιτειχίσαι αὐτȣ̀ς, ἢν μή
‘ τις τὸ παρατείχισμα τȣ͂το πολλῇ ςρα-
‘ τιᾷ ἐπελθὼν ἕλῃ. ξυμβέβηκέ τε, πολιορ-
‘ κεῖν δοκȣ͂ντας ἡμᾶς ἄλλȣς, αὐτȣ̀ς μᾶλλον
‘ ὅσα γε κατὰ γῆν τȣ͂το πάσχειν. ȣ̓δὲ γὰρ

‘ τῆς χώρας ἐπὶ πολὺ διὰ τοὺς ἱππέας
‘ ἐξερχόμεθα.

ιϛʹ. ‘ Πεπόμφασι δὲ καὶ ἐς Πελοπόννη-
‘ σον πρέσβεις ἐπ᾽ ἄλλην στρατιάν, καὶ ἐς
‘ τὰς ἐν Σικελίᾳ πόλεις Γύλιππος οἴχε-
‘ ται, τὰς μὲν καὶ πείσων ξυμπολεμεῖν,
‘ ὅσαι νῦν ἡσυχάζουσιν, ἀπὸ δὲ τῶν ἔτι καὶ
‘ στρατιὰν πεζὴν καὶ ναυτικοῦ παρασκευὴν,
‘ ἢν δύνηται, ἄξων. διανοοῦνται γὰρ (ὡς ἐγὼ
‘ πυνθάνομαι) τῷ τε πεζῷ ἅμα τῶν τει-
‘ χῶν ἡμῶν πειρᾶν, καὶ ταῖς ναυσὶ κατὰ
‘ θάλασσαν. καὶ δεινὸν μηδενὶ ὑμῶν δόξῃ
‘ εἶναι ὅτι καὶ κατὰ θάλασσαν. τὸ γὰρ
‘ ναυτικὸν ἡμῶν (ὅπερ κἀκεῖνοι πυνθάνον-
‘ ται) τὸ μὲν πρῶτον ἤκμαζε, καὶ τῶν νεῶν
‘ τῇ ξηρότητι, καὶ τῶν πληρωμάτων τῇ σω-
‘ τηρίᾳ· νῦν δὲ αἵ τε νῆες διάβροχοι, τοσοῦ-
‘ τον χρόνον ἤδη θαλασσεύουσαι, καὶ τὰ
‘ πληρώματα ἔφθαρται. τὰς μὲν γὰρ ναῦς
‘ οὐκ ἔστιν ἀνελκύσαντας διαψύξαι, διὰ τὸ
‘ ἀντιπάλους καὶ τῷ πλήθει· καὶ ἐπιπλείους

' Nec enim propter *hostium* equitatum pro-
' cul per regionem progredimur.

12. ' Praeterea legatos in Peloponnesum ' miserunt ad alias copias accersendas. Et ' Gylippus ad urbes Siciliae proficiscitur, ' ut earum alias quidem ad belli societatem ' pelliciat, quotquot nunc quiescunt, ex aliis ' vero praeterea, pedestres navalesque co- ' pias, si possit, adducat. Nam (ut ego au- ' dio) peditatu *a terra*, pariter et classe a ' mari nostras munitiones tentare statue- ' runt. Neque cuiquam vestrum *hoc* ar- ' duum esse videatur, quod etiam a mari ' *nos aggredi statuerint*. Nam nostra classis ' (quod et illi cognitum habent) initio qui- ' dem et navium siccitate, et hominum, qui ' in illis erant, incolumitate florebat. Jam ' vero et naves, quod tamdiu jam *sub dio et* ' in mari manserint, sunt putrefactae, et vi- ' ri, qui eas explebant, sunt absumti. Naves ' enim *nobis* subducere non licet, ut recree- ' mus, quod hostium naves, quae nostris ' sunt numero pares, atque adeo plures, ' perpetuo suspicionem *nobis* afferant, quod ' *jamjam nos* sint invasurae. Non dubium

'autem illos *hujus rei* periculum facturos 'esse. Et *hostis* invadendi facultas penes 'illos est, et suas *naves* commodius exsiccare possunt. Nec enim stationes adversus alios habent.

13. 'Nobis vero, quamvis magno navium numero abundaremus, vix tamen hoc *facere* liceret, ne dum (ut nunc) excubias 'cum tota classe agere coactis. Nam si vel 'modicam custodiae partem detrahamus, 'nullos commeatus habebimus, quos nunc 'quoque juxta illorum urbem *praetervecti* 'aegre *in castra* importamus. Homines 'vero nautici hac de causa et *ante* cum nostra jactura perierunt, et nunc etiam pereunt; quod nautae quidem, quia procul a 'castris lignari, praedari, et aquari coguntur, ab *hostium* equitatu excepti caedantur. Servitia vero, quia castra castris opposita habemus, transfugiant. Peregrinorum quoque illi quidem, qui coacti naves 'conscenderunt, in urbes continuo dilabuntur. Illi vero, qui mercedis magnitudine

‘ τὰς τῶν πολεμίων ὕσας, ἀεὶ προσδοκίαν
‘ παρέχειν ὡς ἐπιπλεύσονται. Φανεραὶ δὲ
‘ εἰσιν ἀποπειρώμεναι· καὶ αἱ ἐπιχειρή-
‘ σεις ἐπ' ἐκείνοις, κὶ ἀποξηρᾶναι τὰς σφε-
‘ τέρας μᾶλλον ἐξυσία. ὐ γὰρ ἐφορμῦσιν
‘ ἀλλήλοις.

ιγ. ‘ Ἡμῖν δ' ἐκ πολλῆς ἂν περιυσίας
‘ νεῶν μόλις τῦτο ὑπῆρχε, κὶ μὴ ἀναγ-
‘ καζομένοις ὥσπερ νῦν πάσαις φυλάσ-
‘ σειν. εἰ γὰρ ἀφαιρήσομέν τι κὶ βραχὺ
‘ τῆς τηρήσεως, τὰ ἐπιτήδεια ὐχ ἕξομεν,
‘ παρὰ τὴν ἐκείνων πόλιν χαλεπῶς καὶ
‘ νῦν ἐσκομιζόμενοι. τὰ δὲ πληρώματα διὰ
‘ τόδε ἐφθάρη τε ἡμῖν, κὶ ἔτι νῦν φθείρε-
‘ ται, τῶν ναυτῶν τῶν μὲν, διὰ φρυγα-
‘ νισμὸν, κὶ ἁρπαγὴν μακρὰν, κὶ ὑδρείαν,
‘ ὑπὸ τῶν ἱππέων ἀπολλυμένων· οἱ δὲ
‘ θεραπεύοντες, ἐπειδὴ ἐς ἀντίπαλα κα-
‘ θεστήκαμεν, αὐτομολῦσι. καὶ οἱ ξένοι, οἱ
‘ μὲν ἀναγκαστοὶ ἐσβάντες, εὐθὺς κατὰ τὰς
‘ πόλεις ἀποχωρῦσιν. οἱ δὲ ὑπὸ μεγάλυ

‘ μισθοῦ τοπρῶτον ἐπαρθέντες, καὶ οἰόμενοι ‘ χρηματιεῖσθαι μᾶλλον ἢ μαχεῖσθαι, ‘ ἐπειδὴ παρὰ γνώμην ναυτικόν τε δὴ καὶ ‘ τἄλλα ἀπὸ τῶν πολεμίων ἀνθεστῶτα ‘ ὁρῶσιν, οἱ μὲν ἐπ’ αὐτομολίας προφάσει ‘ ἀπέρχονται, οἱ δὲ, ὡς ἕκαστοι δύνανται· ‘ (πολλὴ δ’ ἡ Σικελία) εἰσὶ δ’ οἳ καὶ αὐτοῦ ‘ ἐμπορευόμενοι, ἀνδράποδα Ὑκκαρικὰ ἀν-‘ τεμβιβάσαι ὑπὲρ σφῶν πείσαντες τοὺς ‘ τριηράρχους, τὴν ἀκρίβειαν τοῦ ναυτικοῦ ‘ ἀφῄρηνται.

ιδ΄. ‘ Ἐπισταμένοις δ’ ὑμῖν γράφω ὅτι ‘ βραχεῖα ἀκμὴ πληρώματος, καὶ ὀλίγοι ‘ τῶν ναυτῶν οἱ ἐξορμῶντές τε ναῦν, καὶ ‘ ξυνέχοντες τὴν εἰρεσίαν. τούτων δὲ πάν-‘ των ἀπορώτατον, τό, τε μὴ οἷόν τε εἶναι ‘ ταῦτα ἐμοὶ κωλῦσαι τῷ στρατηγῷ, ‘ (χαλεπαὶ γὰρ αἱ ὑμέτεραι φύσεις ἄρ-‘ ξαι) καὶ ὅτι οὐδ’ ὁπόθεν ἐπιπληρωσόμεθα ‘ τὰς ναῦς ἔχομεν. (ὃ τοῖς πολεμίοις πολ-‘ λαχόθεν ὑπάρχει,) ἀλλ’ ἀνάγκη ἀφ’

'primum allecti venerant, et qui se quaes-
'tum potius facturos quam pugnaturos ar-
'bitrabantur, ubi praeter opinionem vide-
'runt et hostium classem, et caeteras res
'jam *nobis* oppositas, partim quidem occa-
'sionem nacti ad hostes transfugiunt, par-
'tim vero, prout singulis facultas offertur;
'*abeunt*. (Sicilia autem est ampla) quidam
'etiam hic Hyccarica mancipia mercati,
'trierarchis persuaserunt, ut illa pro se in
'naves imponerent, atque hoc modo exac-
'tam rei nauticae disciplinam sustulerunt.

14. 'Vobis autem, qui *hoc probe* nostis,
'scribo, non diuturnum esse classiariae mul-
'titudinis vigorem, paucosque nautas re-
'periri, qui et navem agere et remigium
'moderari norint. Sed horum omnium *in-
'commodorum* hoc est maximum, tum quod
'ego Imperator haec *mala* prohibere non
'possim (nam vestra ingenia, *Athenienses*,
'non facile reguntur,) tum etiam quod non
'habeamus, unde navium supplementum
'parare possimus (id, quod hosti multis ex
'locis *facere* licet) sed necesse sit supple-

' mentum *illinc* parari, unde, quando *huc* ' venimus, et ea, quae *nunc* supersunt, et ' ea, quae *jam* absumta sunt, accepimus. ' Civitates enim, quae nunc *nobis* sunt so' ciae, Naxus et Catana, *copias nobis suppe' ditare* nequeunt. Quod si hoc unum prae' terea hostibus accesserit, ut Italiae oppi' da, quae nos alunt, cognito rerum statu, ' in quo sumus, vobisque nullum auxilium ' *ad nos* mittentibus, se illis adjungant; pro' fecto, nobis sine proelio expugnatis, bel' lum ab ipsis conficietur. His autem ego ' jucundiora quidem *vobis* scribere potuis' sem, sed tamen non utiliora; quia necesse ' est, vos manifeste cognoscere rerum ista' rum statum, ut de his consultetis. simul ' etiam (quia vestra ingenia probe nota ha' beam, quod jucundissima quidem audire ' vultis, postea vero conquerimini, si quid ' ex his, *quae audieritis*, vobis non conti' gerit perinde *ac optabatis*) tutius esse duxi ' declarare, quod verum est.

15. ' Jam vero hoc quidem persuasum ' habeatis, et milites et duces se ita gessisse ' *adversus eos*, adversus quos primum veni-

‘ ὧν ἔχοντες ἤλθομεν, τά τε ὄντα καὶ ‘ ἀπαναλισκόμενα γίγνεσθαι. αἱ γὰρ νῦν ‘ οὖσαι πόλεις ξύμμαχοι, ἀδύναλοι, Νάξος ‘ καὶ Καλάνη. εἰ δὲ προσγενήσελαι ἓν ἔτι τοῖς ‘ πολεμίοις, ὥστε τὰ τρέφονλα ἡμᾶς χω- ‘ ρία τῆς Ιταλίας, ὁρῶνλα ἐν ᾧ τε ἐσμέν; ‘ καὶ ὑμῶν μὴ ἐπιβοηθούντων, πρὸς ἐκεί- ‘ νους χωρῆσαι, διαπολεμήσεται αὐτοῖς ‘ ἀμαχεὶ ἐκπολιορκηθέντων ἡμῶν ὁ πό- ‘ λεμος. τούτων ἐγὼ ἥδιω μὲν ἂν εἶχον ‘ ὑμῖν ἕτερα ἐπιστέλλειν, οὐ μέντοι χρη- ‘ σιμώτερά γε; εἰ δεῖ σαφῶς ὑμᾶς εἰδό- ‘ τας τὰ ἐνθάδε βουλεύσασθαι. καὶ ἅμα, ‘ τὰς φύσεις ἐπιστάμενος ὑμῶν, βουλομέ- ‘ νων μὲν τὰ ἥδιστα ἀκούειν, αἰτιωμένων ‘ δὲ ὕστερον ἤν τι ὑμῖν ἀπ᾽ αὐτῶν μὴ ὅμοι- ‘ ον ἐκβῇ· ἀσφαλέστερον ἡγησάμην τὸ ἀ- ‘ ληθὲς δηλῶσαι.

ιε΄. ‘ Καὶ νῦν ὡς ἐφ᾽ ἃ μὲν ἤλθομεν τὸ ‘ πρῶτον, καὶ τῶν στρατιωτῶν καὶ τῶν ἡγε- ‘ μόνων ὑμῖν μὴ μεμπτῶν γεγενημένων,

‘ οὕτω τὴν γνώμην ἔχετε. ἐπειδὴ δὲ ἥ Σι-
‘ κελία τε ἅπασα ξυνίσταται, καὶ ἐκ Πε-
‘ λοποννήσου ἄλλη στρατιὰ προσδόκιμος
‘ αὐτοῖς, βουλεύεσθε ἤδη ὡς τῶν γ' ἐνθάδε
‘ μηδὲ τοῖς παροῦσιν αὐταρκούντων, ἀλλ' ἢ
‘ τούτους μεταπέμπειν δέον, ἢ ἄλλην στρα-
‘ τιὰν μὴ ἐλάττω ἐπιπέμπειν, καὶ πεζὴν
‘ καὶ ναυτικὴν, καὶ χρήματα μὴ ὀλίγα· ἐμοὶ
‘ δὲ διάδοχόν τινα, ὡς ἀδύνατός εἰμι διὰ
‘ νόσον νεφρῖτιν παραμένειν. ἀξιῶ δ' ὑμῶν
‘ ξυγγνώμης τυγχάνειν. καὶ γὰρ ὅτ' ἐρ-
‘ ρώμην, πολλὰ ἐν ἡγεμονίαις ὑμᾶς εὖ
‘ ἐποίησα. ὅ,τι δὲ μέλλετε, ἅμα τῷ ἦρι
‘ εὐθὺς καὶ μὴ ἐς ἀναβολὰς πράττετε· ὡς
‘ τῶν πολεμίων τὰ μὲν ἐν Σικελίᾳ δι' ὀλί-
‘ γου ποριουμένων, τὰ δ' ἐκ Πελοποννήσου,
‘ σχολαίτερον μὲν, ὅμως δ' ἢν μὴ προσέ-
‘ χητε τὴν γνώμην, τὰ μὲν, λήσουσιν ὑμᾶς,
‘ ὥσπερ καὶ πρότερον, τὰ δὲ, φθήσονται.’

ιϛ'. Ἡ μὲν τοῦ Νικίου ἐπιστολὴ τοσαῦ-
τα ἐδήλου· οἱ δὲ Ἀθηναῖοι, ἀκούσαντες αὐ-

'- mus, ut a vobis reprehendi nequeant. Ve-
' rum quia *nunc* et universa Sicilia *contra*
' *nos* conspirat, et alius exercitus ex Pelo-
' ponneso ab ipsis exspectatur, decernatis
' jam aut eos, qui hic sunt, revocandos esse,
' quod ne adversus quidem praesentes *ho-*
' *stes* satis virium habeant, aut alium et pe-
' destrem et navalem exercitum *hoc* non mi-
' norem *huc* praeterea mittendum, pecuni-
' am etiam non paucam. Mihi vero succes-
' sorem aliquem, quia ex renibus laborans
' *in imperio* permanere nequeo. Dignus au-
' tem sum, qui veniam a vobis impetrem.
' Etenim cum recte valerem, obeundis im-
' peratoris muneribus saepe de vobis bene
' sum meritus. Quicquid autem facturi
' estis, id ineunte statim vere, nec ulla pro-
' crastinatione utentes faciatis. Quia ho-
' stes brevi res quidem Siculas compara-
' bunt, quae vero ex Peloponneso tardius
' quidem; sed tamen nisi animum *ad eas*
' advertatis, partim quidem (ut et ante) vos
' latebunt, partim vero *vos* praevertent.'

16. Haec igitur sunt, quae Niciae epis-
tola declaravit. Athenienses vero, his au-

καὶ περὶ τὴν Πελοπόννησον οἱ Ἀθηναῖοι εἴκοσι ναῦς, ὅπως φυλάσσοιεν μηδένα ἀπὸ Κορίνθου καὶ τῆς Πελοποννήσου ἐς τὴν Σικελίαν περαιοῦσθαι. οἱ γὰρ Κορίνθιοι, ὥς οἵ τε πρέσβεις αὐτοῖς ἧκον, καὶ τὰ ἐν τῇ Σικελίᾳ βελτίω ἤγγελλον, νομίσαντες οὐκ ἄκαιρον καὶ τὴν προτέραν πέμψιν τῶν νεῶν ποιήσασθαι, πολλῷ μᾶλλον ἐπέρρωντο, καὶ ἐν ὁλκάσι παρεσκευάζοντο, αὐτοί τε ἀποστελοῦντες ὁπλίτας ἐν τῇ Σικελίᾳ, καὶ ἐκ τῆς ἄλλης Πελοποννήσου οἱ Λακεδαιμόνιοι τῷ αὐτῷ τρόπῳ πέμψοντες. ναῦς τε οἱ Κορίνθιοι πέντε καὶ εἴκοσιν ἐπλήρουν, ὅπως ναυμαχίας τε ἀποπειράσωσι πρὸς τὴν ἐν τῇ Ναυπάκτῳ φυλακὴν, καὶ τὰς ὁλκάδας αὐτῶν ἧσσον οἱ ἐν τῇ Ναυπάκτῳ Ἀθηναῖοι κωλύοιεν ἀπαίρειν, πρὸς τὴν σφετέραν ἀντίταξιν τῶν τριηρῶν τὴν φυλακὴν ποιούμενοι.

ιη'. Παρεσκευάζοντο δὲ καὶ τὴν ἐς τὴν Ἀττικὴν ἐσβολὴν οἱ Λακεδαιμόνιοι, ὥσπερ

Athenienses mittunt circa Peloponnesum viginti naves, ut observarent, ne quis e Corintho et ex Peloponneso trajiceret in Siciliam. Nam Corinthii, postquam legati ad ipsos venerunt, et res in Sicilia meliore conditione esse nunciaverunt, existimantes et priorem classem non intempestive a se missam fuisse, multo magis animo confirmati sunt, et cum ipsi ad gravis armaturae milites in onerariis navibus in Siciliam mittendos sese accingebant, tum etiam Lacedaemonii ad *copias* eodem modo ex caetera Peloponneso mittendas *sese praeparabant*. Et Corinthii viginti quinque naves instruxerunt, ut pugnam navalem experirentur adversus speculatorias illas, quae stabant ad Naupactum; utque Athenienses, qui Naupacti erant, onerariarum ipsorum navium profectionem minus impedirent, utpote suarum navium praesidio adversus illorum triremes, quae se opponebant, seipsos tuentes.

18. Lacedaemonii vero (prout etiam ante secum ipsi constituerant) expeditionem in

κ) εἴτις ἄλλη αὐτοῖς γένοιτο. ἐπειδὴ δὲ οἱ Ἀθηναῖοι ταῖς τριάκοντα ναυσὶν ὁρμώμενοι, Ἐπιδαύρου τὶ κ) Πρασιῶν κ) ἄλλα ἐδῄωσαν, κ) ἐκ Πύλου ἅμα ἐλῃστεύοντο· καὶ ὁσάκις περί του διαφοραὶ γένοιντο τῶν κατὰ τὰς σπονδὰς ἀμφισβητουμένων, ἐς δίκας προκαλουμένων τῶν Λακεδαιμονίων, οὐκ ἤθελον ἐπιτρέπειν· τότε δὴ οἱ Λακεδαιμόνιοι νομίσαντες τὸ παρανόμημα ὅπερ καὶ σφίσι πρότερον ἡμάρτητο, αὖθις ἐς τοὺς Ἀθηναίους τὸ αὐτὸ περιεστάναι, πρόθυμοι ἦσαν ἐς τὸν πόλεμον. καὶ ἐν τῷ χειμῶνι τούτῳ σίδηρόν τε περιήγγελλον κατὰ τοὺς ξυμμάχους, κ) τὰ ἄλλα ἐργαλεῖα ἡτοίμαζον ἐς τὸν ἐπιτειχισμόν. καὶ τοῖς ἐν τῇ Σικελίᾳ ἅμα ὡς ἀποπέμψοντες ἐν ταῖς ὁλκάσιν ἐπικουρίαν, αὐτοί τε ἐπόριζον κ) τοὺς ἄλλους Πελοποννησίους προσηνάγκαζον. καὶ ὁ χειμὼν ἐτελεύτα. καὶ ὄγδοον καὶ δέκατον ἔτος τῷ πολέμῳ ἐτελεύτα τῷδε, ὃν Θουκυδίδης ξυνέγραψε.

gióni vertebant. At postquam Athenienses cum triginta navibus *ex Attica* profecti, agri Epidaurii partem, et Prasiarum, et alia loca vastarunt, simul etiam et Pylo prodeuntes latrocinia exercebant, et, quoties orta esset controversia de aliqua conditionum, quae in foederibus erant dubiae, ad judicium a Lacedaemoniis provocati, *rem controversam judicio* permittere nolebant: tunc vero Lacedaemonii existimantes suum illud peccatum, quod prius commiserant, idem in Athenienses *jam* recidisse, ad bellum animis erant propensis. Atque nuntiis ad socios hac hyeme circummissis ferrum *ipsis* imperarunt, et caetera instrumenta ad murorum exstructionem praepararunt. Simul autem et ipsi parabant, et caeteros Peloponnesios *ad idem faciendum* adigebant, ut illis, qui erant in Sicilia, auxilium in onerariis navibus mitterent. Atque haec hyems exiit, et hujus belli, quod Thucydides conscripsit, duodevigesimus annus excessit.

19. Veris autem insequentis initio statim, Lacedaemonii sociique irruptionem in Atticam maturrime fecerunt. Illos vero ducebat Agis Archidami *filius*, Lacedaemoniorum rex. Ac primum quidem agri planitiem circumjacentem vastarunt, deinde vero Deceleam munire coeperunt, id opus inter civitates partiti. Abest autem Decelea ab Athenis circiter centum ac viginti stadiis; tantundem etiam, nec multo plus a Boeotia. Haec autem munitio, Athenas usque conspicua, in planitie, et illius regionis opportunissimis ad maleficia exercenda locis exstruebatur. Atque Peloponnesii quidem, ac socii, qui in Attica erant, hanc munitionem exstruebant. Qui vero in Peloponneso erant, gravis armaturae milites, onerariis navibus *vectos*, in Siciliam sub id tempus miserunt. Atque Lacedaemonii quidem praestantissimos quosque servorum ac libertorum in civitatem nuper adscriptorum, ex utrisque promiscue sexcentos gravis arma-

ιθ'. Τοῦ δ' ἐπιγιγνομένου ἦρος εὐθὺς ἀρχομένου, πρωϊαίτατα δὴ οἱ Λακεδαιμόνιοι καὶ οἱ ξύμμαχοι ἐς τὴν Ἀττικὴν ἐσέβαλον. ἡγεῖτο δὲ Ἆγις ὁ Ἀρχιδάμου Λακεδαιμονίων βασιλεύς. καὶ πρῶτον μὲν τῆς χώρας τὰ περὶ τὸ πεδίον ἐδῄωσαν, ἔπειτα Δεκέλειαν ἐτείχιζον, κατὰ πόλεις διελόμενοι τὸ ἔργον. ἀπέχει δὲ ἡ Δεκέλεια σταδίους μάλιστα τῆς τῶν Ἀθηναίων πόλεως εἴκοσι καὶ ἑκατόν· παραπλήσιον δὲ οὐ πολλῷ πλέον καὶ ἐπὶ τῆς Βοιωτίας. ἐπὶ δὲ τῷ πεδίῳ καὶ τῆς χώρας τοῖς κρατίστοις ἐς τὸ κακουργεῖν ᾠκοδομεῖτο τὸ τεῖχος, ἐπιφανὲς μέχρι τῆς τῶν Ἀθηναίων πόλεως. καὶ οἱ μὲν ἐν τῇ Ἀττικῇ Πελοποννήσιοι καὶ οἱ ξύμμαχοι ἐτείχιζον, οἱ δ' ἐν τῇ Πελοποννήσῳ ἀπέστελλον περὶ τὸν αὐτὸν χρόνον ταῖς ὁλκάσι τοὺς ὁπλίτας ἐς τὴν Σικελίαν. Λακεδαιμόνιοι μέν, τῶν τε Εἱλώτων ἐπιλεξάμενοι τοὺς βελτίστους, καὶ τῶν Νεοδαμωδῶν ξυναμφοτέρων ἑξακοσίους ὁ-

πλίτας, καὶ Εκκριτον Σπαρτιάτην ἄρχοντα· Βοιωτοὶ δὲ, τριακοσίους ὁπλίτας, ὧν ἦρχον Ξένων τε καὶ Νίκων, Θηβαῖοι, καὶ Ἡγήσανδρος Θεσπιεύς. οὗτοι μὲν οὖν ἐν τοῖς πρώτοις ὁρμήσαντες ἀπὸ τοῦ Ταινάρου τῆς Λακωνικῆς, ἐς τὸ πέλαγος ἀφῆκαν. μετὰ δὲ τούτους Κορίνθιοι οὐ πολλῷ ὕστερον πεντακοσίους ὁπλίτας, τοὺς μὲν, ἐξ αὐτῆς Κορίνθου, τοὺς δὲ, προσμισθωσάμενοι Αρκάδων, καὶ ἄρχοντα Αλέξαρχον Κορίνθιον προστάξαντες, ἀπέπεμψαν. ἀπέστειλαν δὲ καὶ Σικυώνιοι διακοσίους ὁπλίτας ὁμοῦ τοῖς Κορινθίοις, ὧν ἦρχε Σαργεὺς Σικυώνιος. αἱ δὲ πέντε καὶ εἴκοσι νῆες τῶν Κορινθίων αἱ τοῦ χειμῶνος πληρωθεῖσαι ἀνθώρμουν ταῖς ἐν τῇ Ναυπάκτῳ εἴκοσιν Αττικαῖς, ἕωσπερ αὐτοῖς οἱ ὁπλῖται ταῖς ὁλκάσιν ἀπὸ τῆς Πελοποννήσου ἀπῆραν· οὗπερ ἕνεκα καὶ τοπρότερον ἐπληρώθησαν, ὅπως μὴ οἱ Αθηναῖοι πρὸς τὰς ὁλκάδας μᾶλλον ἢ πρὸς τὰς τριήρεις νοῦν ἔχωσιν.

turae milites, delegerunt; et Eccritum ducem Spartanum, *illuc miserunt*. Boeoti vero, trecentos gravis armaturae milites, quibus praeerant Xenon et Nicon, Thebani, et Hegesander Thespiensis. Isti igitur inter primos a Taenaro Laconicae profecti, in altum vela fecerunt. Post horum autem discessum, Corinthii non multo post miserunt quingentos gravis armaturae milites, partim quidem ex ipsa Corintho, partim vero ex Arcadibus mercede conductos, et Alexarchum Corinthium, quem ipsis ducem praefecerunt. Sicyonii quoque cum Corinthiis ducentos gravis armaturae milites miserunt, quibus praeerat Sargeus Sicyonius. Illae autem quinque et viginti Corinthiorum naves, quae per hyemem instructae fuerant, e regione viginti Atticarum navium, quae ad Naupactum stabant, in statione manserunt, donec isti gravis armaturae milites, qui navibus onerariis ex Peloponneso vehebantur, transissent: cujus etiam rei causa *triremes istae* prius fuerant instructae, ne Athenienses ad onerarias naves potius quam ad triremes animum adverterent,

20. Interea vero, dum Decelea muniretur, veris initio, statim, et ipsi Athenienses circa Peloponnesum triginta naves, duce Charicle Apollodori filio, miserunt. Cui mandatum fuerat, ut et Argos profectus, ex jure societatis Argivos ad naves militibus armatis explendas hortaretur. Item Demosthenem (quemadmodum statuerant) in Siciliam miserunt, cum sexaginta navibus Atheniensium, et quinque Chiorum, quae mille et ducentos legionarios Atheniensium milites armatos ferebant, et ex insularum incolis quam potuerant undique plurimos contrahere; et ex aliis suae ditionis sociis, sicunde aliquid ad rem militarem idoneum comparare potuerant. Ipsi autem praeceptum fuerat, ut primum copiis cum Chariclis exercitu conjunctis, simul oram Laconicam circumvectus infestaret. Et Demosthenes quidem in Aeginam profectus *ibi* suarum copiarum reliquias, si quae erant, et Chariclem, donec Argivos assumsisset, opperiebatur.

κ'. Ἐν δὲ τούτῳ καὶ οἱ Ἀθηναῖοι, ἅμα Δεκελείας τῷ τειχισμῷ, καὶ τοῦ ἦρος εὐθὺς ἀρχομένου, περὶ Πελοπόννησον ναῦς τριάκοντα ἔστειλαν, καὶ Χαρικλέα τὸν Ἀπολλοδώρου ἄρχοντα· ᾧ εἴρητο, καὶ ἐς Ἄργος ἀφικομένῳ, κατὰ τὸ ξυμμαχικὸν παρακαλεῖν Ἀργείων τε ὁπλίτας ἐπὶ τὰς ναῦς. καὶ τὸν Δημοσθένην ἐς τὴν Σικελίαν (ὥσπερ ἔμελλον) ἀπέστελλον, ἑξήκοντα μὲν ναυσὶν Ἀθηναίων, καὶ πέντε Χίαις, ὁπλίταις δὲ ἐκ καταλόγου Ἀθηναίων διακοσίοις καὶ χιλίοις, καὶ νησιωτῶν ὅσοις ἑκασταχόθεν οἷόν τ' ἦν πλείστοις χρήσασθαι· καὶ ἐκ τῶν ἄλλων ξυμμάχων τῶν ὑπηκόων εἴ ποθέν τι εἶχον ἐπιτήδειον ἐς τὸν πόλεμον, ξυμπορίσαντες. εἴρητο δ' αὐτῷ, πρῶτον μετὰ τοῦ Χαρικλέους ἅμα περιπλέοντα ξυστρατεύεσθαι περὶ τὴν Λακωνικήν. καὶ ὁ μὲν Δημοσθένης ἐς τὴν Αἴγιναν προσπλεύσας, τοῦ στρατεύματός τε εἴ τι ὑπελείπετο περιέμενε, καὶ τὸν Χαρικλέα τοὺς Ἀργείους παραλαβεῖν.

κα΄. Εν δὲ τῇ Σικελίᾳ, ὑπὸ τὺς αὐτὺς χρόνυς τῦ ἦρος τύτυ, κὶ ὁ Γύλιππος ἧκεν ἐς τὰς Συρακύσας, ἄγων ἀπὸ τῶν πόλεων ὧν ἔπεισε, ςρατιὰν ὅσην ἑκαςαχόθεν πλείςην ἐδύνατο· καὶ ξυγκαλέσας τὺς Συρακυσίυς, ἔφη χρῆναι πληρῦν ναῦς ὡς δύνανται πλείςας, κὶ ναυμαχίας ἀπόπειραν λαμβάνειν. ἐλπίζειν γὰρ ἀπ᾽ αὐτῦ τι ἔργον ἄξιον τῦ κινδύνυ ἐς τὸν πόλεμον κατεργάσεσθαι. ξυνανέπειθε δὲ κὶ ὁ Ἑρμοκράτης ὐχ ἥκιςα τῦ ταῖς ναυσὶ μὴ ἀθυμεῖν ἐπιχειρήσειν πρὸς τὺς Αθηναίυς, λέγων ὐδὲ ἐκείνυς πάτριον τὴν ἐμπειρίαν ὐδὲ ἀΐδιον τῆς θαλάσσης ἔχειν, ἀλλ᾽ ἠπειρώτας μᾶλλον τῶν Συρακυσίων ὄντας, καὶ ἀναγκασθέντας ὑπὸ Μήδων ναυτικὺς γενέσθαι· καὶ πρὸς ἄνδρας τολμηρὺς, οἵυς κὶ Αθηναίυς, τὺς ἀντιτολμῶντας, χαλεπωτάτυς [ἂν] αὐτοῖς φαίνεσθαι. ᾧ γὰρ ἐκεῖνοι τὺς πέλας, ὐ δυνάμει ἔςιν ὅτε πρύχοντες, τῷ δὲ θράσει ἐπιχειρῦντες, κατα-

21. In Sicilia vero, per eadem hujus veris tempora, et Gylippus Syracusas rediit, adducens ex civitatibus, quibus persuaserat, *ut auxilium Syracusanis mitterent*, exercitum quam potuerat undique maximum. Convocatis autem Syracusanis, dixit quam plurimas possent naves armandas esse, pugnaeque navalis periculum esse faciendum. Se enim sperare, si hoc tentarent, in hoc bello facinus aliquod isto periculo dignum edituros. Quinetiam Hermocrates potissimum, una *cum Gylippo Syracusanos* hortabatur, ne res navales adversus Athenienses aggredi dubitarent: dicens ne illos quidem hanc rerum nauticarum peritiam haereditariam aut perpetuam habere, sed mediterraneos esse magis quam Syracusanos, et a Medis coactos rebus nauticis operam dare coepisse: illos autem, qui audax aliquod facinus auderent adversus homines audaces, quales essent et Athenienses, ipsis asperrimos visum iri *dicebat*. Qua enim ratione illi alios terrerent, interdum non propter majorem potentiam, sed propter audaciam, quam in

ταῖς. καὶ περιέπλεον, βȣλόμενοι πρὸς τὰς ἐντὸς προσμῖξαι, καὶ ἅμα ἐπιπλεῖν τῷ Πλημμυρίῳ, ὅπως οἱ Ἀθηναῖοι ἀμφοτέρωθεν θορυβῶνται. οἱ δ' Ἀθηναῖοι, διὰ τάχȣς ἀντιπληρώσαντες ἑξήκοντα ναῦς, ταῖς μὲν πέντε καὶ εἴκοσι πρὸς τὰς πέντε καὶ τριάκοντα τῶν Συρακȣσίων, τὰς ἐν τῷ μεγάλῳ λιμένι, ἐναυμάχȣν, ταῖς δ' ἐπιλοίποις ἀπήντων ἐπὶ τὰς ἐκ τȣ̃ νεωρίȣ περιπλεȣ́σας. καὶ εὐθὺς πρὸ τȣ̃ στόματος τȣ̃ μεγάλȣ λιμένος ἐναυμάχȣν, καὶ ἀντεῖχον ἀλλήλοις ἐπιπολὺ, οἱ μὲν, βιάσασθαι βȣλόμενοι τὸν ἔσπλȣν, οἱ δὲ, κωλύειν.

κγʹ. Ἐν τȣ́τῳ δὲ ὁ Γύλιππος, τῶν ἐν τῷ Πλημμυρίῳ Ἀθηναίων πρὸς τὴν θάλασσαν ἐπικαταβάντων, καὶ τῇ ναυμαχίᾳ τὴν γνώμην προσεχόντων, φθάνει προσπεσὼν ἅμα τῇ ἕῳ αἰφνιδίως τοῖς τείχεσι· καὶ αἱρεῖ τὸ μέγιστον πρῶτον, ἔπειτα δὲ καὶ τὰ ἐλάσσω δύο· ȣ̓χ ὑπομεινάντων τῶν φυλάκων, ὡς εἶδον τὸ μέγιστον ῥᾳδίως λη-

ginta. Circumvehebantur autem, eo consilio, ut se conjungerent cum illis *navibus*, quae intus *et in ipso magno portu* erant, et simul Plemmyrium invaderent, ut Athenienses utrinque turbarentur. Sed Athenienses, cum sexaginta naves adversus *hostilem classem* celeriter instruxissent, quinque et viginti navale proelium commiserunt cum illis quinque et triginta Syracusanorum *navibus*, quae erant in magno portu; cum reliquis vero obviam iverunt illis, quae ex navalibus circumvehebantur. Statim autem ante magni portus ostium confligere coeperunt, et diu alteri alteris restiterunt, quod hi quidem *in portum* per vim ingredi conarentur, illi vero impedire.

23. Interea vero, cum Athenienses, qui erant in Plemmyrio, ad mare descendissent, et animos ad pugnam navalem intentos haberent, Gylippus prima luce *illorum* munitiones repente invasit. Ac primum *quidem e tribus* maximam cepit, deinde vero et *reliquas* duas minores. custodes enim *illarum*, cum maximam *munitionem* facile captam animadvertissent, sustinere non sunt ausi.

Atque ex prima quidem *munitione*, quae capta fuit, homines, quotquot et in navigia et in quandam onerariam navem confugerant, aegre in *sua* castra se receperant. Cum enim Syracusani cum suis navibus, quas in magno portu habebant, navali proelio superiores essent, una *illorum* velox triremis ipsos insequebatur. Dum autem hae duae munitiones caperentur, interea et Syracusani jam *proelio navali* vincebantur, et qui ex his *munitionibus* fugiebant, facilius praetervecti sunt. Nam Syracusanorum naves, quae ante *magni portus* ostium pugnabant, cum Atheniensium naves per vim loco pepulissent, nullo ordine in *portum* navigabant; et, quod propter confusionem inter ise colliderentur, victoriam Atheniensibus praebuerunt. Nam *Athenienses* et has in fugam verterunt, et illas, a quibus initio in ipso portu superati fuerant. Atque undecim quidem Syracusanorum naves depresserunt, et majorem hominum partem interfecerunt, exceptis illis, qui erant in tribus navibus, quos vivos ceperunt. Ipsorum vero *Atheniensium* tres naves profligatae fue-

φθέν. καὶ ἐκ μὲν τοῦ πρώτου ἁλόντος, χαλεπῶς οἱ ἄνθρωποι, ὅσοι καὶ ἐς τὰ πλοῖα καὶ ὁλκάδα τινὰ κατέφυγον, ἐξεκομίζοντο ἐς τὸ στρατόπεδον. τῶν γὰρ Συρακουσίων ταῖς ἐν τῷ μεγάλῳ λιμένι ναυσὶ κρατούντων τῇ ναυμαχίᾳ, ὑπὸ τριήρους μιᾶς καὶ εὖ πλεούσης ἐπεδιώκοντο· ἐπειδὴ δὲ τὰ δύο τειχίσματα ἡλίσκετο, ἐν τούτῳ καὶ οἱ Συρακούσιοι ἐτύγχανον ἤδη νικώμενοι, καὶ οἱ ἐξ αὐτῶν φεύγοντες ῥᾷον παρέπλευσαν. αἱ γὰρ τῶν Συρακουσίων αἱ πρὸ τοῦ στόματος νῆες ναυμαχοῦσαι, βιασάμεναι τὰς τῶν Ἀθηναίων ναῦς, οὐδενὶ κόσμῳ ἐσέπλεον, καὶ ταραχθεῖσαι περὶ ἀλλήλας, παρέδοσαν τὴν νίκην τοῖς Ἀθηναίοις. ταύτας τε γὰρ ἔτρεψαν, καὶ ὑφ᾽ ὧν τοπρῶτον ἐνικῶντο ἐν τῷ λιμένι. καὶ ἕνδεκα μὲν ναῦς τῶν Συρακουσίων κατέδυσαν, καὶ τοὺς πολλοὺς τῶν ἀνθρώπων ἀπέκτειναν, πλὴν ὅσον ἐκ τριῶν νεῶν οὓς ἐζώγρησαν. τῶν δὲ σφετέρων τρεῖς νῆες διεφθάρησαν. τὰ δὲ ναυάγια ἀνελκύσαντες

τῶν Συρακουσίων, καὶ τροπαῖον ἐν τῷ νησιδίῳ στήσαντες τῷ πρὸ τοῦ Πλημμυρίου, ἀνεχώρησαν ἐς τὸ ἑαυτῶν στρατόπεδον.

κδ. Οἱ δὲ Συρακούσιοι κατὰ μὲν τὴν ναυμαχίαν οὕτως ἐπεπράγεσαν, τὰ δ' ἐν τῷ Πλημμυρίῳ τείχη εἶχον, καὶ τροπαῖα ἔστησαν αὐτῶν τρία. καὶ τὸ μὲν ἕτερον τοῖν δυοῖν τειχοῖν τοῖν ὕστερον ληφθέντοιν κατέβαλον, τὰ δὲ δύο ἐπισκευάσαντες ἐφρούρουν. ἄνθρωποι δ' ἐν τῶν τειχῶν τῇ ἁλώσει ἀπέθανον καὶ ἐζωγρήθησαν πολλοί· καὶ χρήματα πολλὰ τὰ ξύμπαντα ἑάλω. ὥστε γὰρ ταμιείῳ χρωμένων τῶν Ἀθηναίων τοῖς τείχεσι, πολλὰ μὲν ἐμπόρων χρήματα καὶ σῖτος ἐνῆν, πολλὰ δὲ καὶ τῶν τριηράρχων. ἐπεὶ καὶ ἱστία τεσσαράκοντα τριηρῶν καὶ τἆλλα σκεύη ἐγκατελείφθη, καὶ τριήρεις ἀνελκυσμέναι τρεῖς. μέγιστον δὲ καὶ ἐν τοῖς πρῶτον ἐκάκωσε τὸ στράτευμα [τὸ] τῶν Ἀθηναίων ἡ τοῦ Πλημμυρίου λῆψις. οὐ γὰρ ἔτι οὐδ' οἱ ἔσπλοι ἀσφα-

runt. Cum autem Syracuſanorum naufragia ſubduxiſſent, et tropaeum erexiſſent in parva inſula ante Plemmyrium ſita, in ſua caſtra redierunt.

ἐδόκει τοῖς Ἀθηναίοις, αὐτοῦ ὑπὸ σφῶν αὐτῶν διαμέλλοντας κόπῳ ἁλίσκεσθαι, ἀλλ' ἐπιχειρεῖν ὅτι τάχιστα· καὶ ἐπιφερόμενοι ἐκ παρακελεύσεως, ἐναυμάχουν. οἱ δὲ Συρακούσιοι δεξάμενοι [ἠμύνοντο,] καὶ ταῖς τε ναυσὶν ἀντιπρώροις χρώμενοι, ὥσπερ διενοήθησαν, τῶν ἐμβολῶν τῇ παρασκευῇ ἀνερρήγνυσαν τὰς τῶν Ἀθηναίων ναῦς ἐπὶ πολὺ τῆς παρεξειρεσίας· καὶ οἱ ἀπὸ τῶν καταστρωμάτων αὐτοῖς ἀκοντίζοντες, μεγάλα ἔβλαπτον τοὺς Ἀθηναίους· πολὺ δ' ἔτι· μείζω οἱ ἐν τοῖς λεπτοῖς πλοίοις περιπλέοντες τῶν Συρακουσίων, καὶ ἔς τε τοὺς ταρσοὺς ὑποπίπτοντες τῶν πολεμίων νεῶν, καὶ ἐς τὰ πλάγια παραπλέοντες, καὶ ἐξ αὐτῶν ἐς τοὺς ναύτας ἀκοντίζοντες.

μα΄. Τέλος δὲ τούτῳ τῷ τρόπῳ κατὰ κράτος ναυμαχοῦντες οἱ Συρακούσιοι ἐνίκησαν· καὶ οἱ Ἀθηναῖοι τραπόμενοι διὰ τῶν ὁλκάδων τὴν κατάφευξιν ἐποιοῦντο ἐς τὸν ἑαυτῶν ὅρμον. αἱ δὲ τῶν Συρακουσίων νῆες

μέχρι μὲν τῶν ὁλκάδων ἐπεδίωκον, ἔπειτα αὐτοὺς αἱ κεραῖαι ὑπὲρ τῶν ἔσπλων αἱ ἀπὸ τῶν ὁλκάδων δελφινοφόροι ἠρμέναι ἐκώλυον. δύο δὲ νῆες τῶν Συρακουσίων ἐπαιρόμεναι τῇ νίκῃ προσέμιξαν αὐτῶν ἐγγὺς, καὶ διεφθάρησαν, καὶ ἡ ἑτέρα αὐτοῖς ἀνδράσιν ἑάλω. καταδύσαντες δ' οἱ Συρακούσιοι τῶν Αθηναίων ἑπτὰ ναῦς, καὶ κατατραυματίσαντες πολλὰς, ἄνδρας τε τοὺς μὲν ζωγρήσαντες, τοὺς τε ἀποκτείναντες, ἀπεχώρησαν· καὶ τροπαιά τε ἀμφοτέρων τῶν ναυμαχιῶν ἔστησαν, καὶ τὴν ἐλπίδα ἤδη ἐχυρὰν εἶχον ταῖς μὲν ναυσὶ πολὺ κρείσσους εἶναι, ἐδόκουν δὲ καὶ τὸ πεζὸν χειρώσεσθαι. καὶ οἱ μὲν, ὡς ἐπιθησόμενοι καὶ ἀμφότερα παρεσκευάζοντο αὖθις.

μϛ΄. Ἐν τούτῳ δὲ Δημοσθένης καὶ Εὐρυμέδων, ἔχοντες τὴν ἀπὸ τῶν Αθηναίων βοήθειαν παραγίγνονται, ναῦς τε τρεῖς καὶ ἑβδομήκοντα μάλιστα ξὺν ταῖς ξενικαῖς, καὶ ὁπλίτας περὶ πεντακισχιλίους ἑαυτῶν τε

hostem insequutae sunt usque ad illas onerarias naves; deinde antennae, quae ex onerariis navibus, in introitu, altius sublatae stabant, unde *plumbei* delphines *ad demergendas subeuntes naves* pendebant, ipsos *ulterius progredi* prohibuerunt. Duae vero Syracusanorum naves, victoria feroces, ad illas propius accesserunt, atque profligatae fuerunt; et *earum* altera una cum ipsis viris capta fuit. At Syracusani, septem navibus Atheniensium depressis, multisque laceratis, virisque partim captis partim occisis, abierunt; et utriusque pugnae navalis tropaea erexerunt, certamque spem animo jam conceperant, se *Atheniensibus* classe longe superiores fore. Existimabant autem ipsum etiam peditatum a se subactum iri. Atque hi quidem, ut *hostem* utrinque rursus aggressuri, sese praeparabant.

42. Interea vero Demosthenes et Eurymedon cum auxilio, quod ab Atheniensibus acceptum adducebant, advenerunt, navibus ferme tribus et septuaginta, una cum peregrinis, et fere cum quinque millibus gravis

armaturae militum, *quos* tam ex suis popularibus quam ex sociis *collegerant*. Praeterea cum jaculatoribus barbaris et Graecis non paucis, nec non funditoribus et sagittariis, et reliquo apparatu, quanto opus erat. Quamobrem Syracusanorum et sociorum animos non exiguus pavor tunc *invasit*, si nullus periculi devitandi finis sibi futurus esset. Videbant enim, quamvis Decelea fuisset munita, nihilo tamen minus exercitum parem atque similem priori contra *se* venisse, et Atheniensium vires undique *magnas* apparere. Superiori vero Atheniensium exercitui, ut in malis, quoddam *animi* robur accessit. Demosthenes autem, cum vidisset, quo in statu res essent, et existimasset nullo modo *sibi* licere tempus terere, et committere quod Nicias commiserat: (Nicias enim, cum initio formidabilis *illuc* appulisset, quia Syracusas non protinus est adortus, sed Catanae hybernavit, in contemtionem *apud hostes* venit; eumque Gylippus, qui copias ex Peloponneso ducebat, antevertit. Quas ne accersissent quidem Syracusani, si ille

καὶ τῶν ξυμμάχων· ἀκοντιστάς τε βαρβάρους καὶ Ἕλληνας οὐκ ὀλίγους, καὶ σφενδονήτας καὶ τοξότας, καὶ τὴν ἄλλην παρασκευὴν ἱκανήν. καὶ τοῖς μὲν Συρακουσίοις καὶ ξυμμάχοις κατάπληξις ἐν τῷ αὐτίκα οὐκ ὀλίγη ἐγένετο, εἰ πέρας μηδὲν ἔσται σφίσι τοῦ ἀπαλλαγῆναι τοῦ κινδύνου· ὁρῶντες οὔτε διὰ τὴν Δεκέλειαν τειχιζομένην οὐδὲν ἧσσον στρατὸν ἴσον καὶ παραπλήσιον τῷ προτέρῳ ἐπεληλυθότα, τήν τε τῶν Ἀθηναίων δύναμιν πανταχόσε πολλὴν φαινομένην. τῷ δὲ προτέρῳ στρατεύματι τῶν Ἀθηναίων, ὡς ἐκ κακῶν, ῥώμη τις ἐπεγένετο. ὁ δὲ Δημοσθένης, ἰδὼν ὡς εἶχε τὰ πράγματα, καὶ νομίσας οὐχ οἷόν τε εἶναι διατρίβειν, οὐδὲ παθεῖν ὅπερ ὁ Νικίας ἔπαθεν· ἀφικόμενος γὰρ τοπρῶτον ὁ Νικίας φοβερὸς, ὡς οὐκ εὐθὺς προσέκειτο ταῖς Συρακούσαις, ἀλλ' ἐν Κατάνῃ διεχείμαζεν, ὑπερώφθη τε, καὶ ἔφθασεν αὐτὸν ἐκ τῆς Πελοποννήσου στρατιᾷ ὁ Γύλιππος ἀφικόμενος. ἣν οὐδ' ἂν με-

τέπεμψαν οἱ Συρακούσιοι εἰ ἐκεῖνος εὐθὺς ἐπέκειτο. ἱκανοὶ γὰρ αὐτοὶ οἰόμενοι εἶναι, ἅμα τ' ἂν ἔμαθον ἥσσους ὄντες, καὶ ἀποτετειχισμένοι ἂν ἦσαν. ὥστε μηδ' εἰ μετέπεμψαν, ἔτι ὁμοίως ἂν αὐτοὺς ὠφελεῖν. ταῦτα οὖν ἀνασκοπῶν ὁ Δημοσθένης, καὶ γιγνώσκων ὅτι καὶ αὐτὸς ἐν τῷ παρόντι, τῇ πρώτῃ ἡμέρᾳ μάλιστα δεινότατός ἐστι τοῖς ἐναντίοις, ἐβούλετο ὅτι τάχος ἀποχρήσασθαι τῇ παρούσῃ τοῦ στρατεύματος ἐκπλήξει. καὶ ὁρῶν τὸ παρατείχισμα τῶν Συρακουσίων, ᾧ ἐκώλυσαν περιτειχίσαι σφᾶς τοὺς Ἀθηναίους, ἁπλοῦν τε ὂν, καὶ εἰ ἐπικρατήσειέ τις τῶν τε Ἐπιπολῶν τῆς ἀναβάσεως, καὶ αὖθις τοῦ ἐν αὐταῖς στρατοπέδου, ῥᾳδίως ἂν αὐτὸ ληφθὲν, (οὐδὲ γὰρ ὑπομεῖναι ἂν σφᾶς οὐδένα) ἠπείγετο ἐπιθέσθαι τῇ πείρᾳ· καὶ [οἱ] ξυντομωτάτην ἡγεῖτο διαπολέμησιν. ἢ γὰρ κατορθώσας ἕξειν Συρακούσας, ἢ ἀπάξειν τὴν στρατιὰν, καὶ οὐ τρίβεσθαι ἄλλως Ἀθηναίους τε τοὺς ξυ-

confestim invasisset. Nam cum ipsi se satis virium habere putarent, uno eodemque tempore se *illis* inferiores esse cognovissent, et circumvallati fuissent. Quare ne si accersissent quidem, ipsos amplius aeque *ac ante* juvare potuisset.) Demosthenes igitur cum haec consideraret, et sciret, se quoque in praesentia, primo die maxime formidabilem hostibus esse, praesenti *suarum* copiarum terrore, quam celerrime uti volebat. Cum autem animadverteret, *directum* Syracusanorum murum prope *suas munitiones* exstructum, quo se ab Atheniensibus circumvallari prohibuerant, simplicem esse, et, si quis Epipolarum ascensum occupasset, et castra, quae in ipsis erant, hunc facile captum iri, (nullum enim fore *putabat*, qui suorum impetum auderet sustinere,) rem aggredi, periculumque facere properabat; brevissimoque temporis spatio bellum a se confectum iri sperabat. Aut enim re feliciter gesta Syracusas in suam potestatem venturas, aut copias a se abductum iri, nec universos Athenienses, tam eos, qui militiae,

quam eos, qui domi erant, frustra attritum iri. Primum igitur *ex navibus* egressi Athenienses Syracusanorum agrum, qui circum Anapum erat, vastare coeperunt, et pedestribus navalibusque copiis, ut ante, superiores erant. Adversus enim neutras *copias* Syracusani prodierunt, nisi cum equitibus et jaculatoribus, qui ex Olympiéo venerant.

43. Deinde Demostheni prius *quam Epipolas aggrederetur*, illam munitionem machinis tentare placuit. Sed cum machinae, ab ipso *ad munitionem* admotae, crematae fuissent ab adversariis, qui ex muris se defendebant, cum etiam caeterae ejus copiae, quae *munitionem* variis in partibus oppugnabant, *ab hostibus* repellerentur, tempus non amplius terendum esse censuit. Quare cum rem Niciae caeterisque collegis persuasisset, Epipolas, ut cogitarat, aggredi statuit. Caeterum interdiu quidem nullo modo fieri posse videbatur, ut clam accederent et ascenderent. Cum igitur edixisset *militibus, ut secum ferrent* quinque dierum cibaria,

στρατευομένους καὶ τὴν ξύμπασαν πόλιν. πρῶτον μὲν οὖν τήν τε γῆν ἐξελθόντες τῶν Συρακουσίων ἔτεμνον οἱ Ἀθηναῖοι περὶ τὸν Ἄναπον, καὶ τῷ στρατεύματι ἐπεκράτουν, ὥσπερ τοπρῶτον, τῷ τε πεζῷ καὶ ταῖς ναυσίν. οὐδὲ γὰρ καθ' ἑκάτερα οἱ Συρακούσιοι ἀντεπεξῄεσαν, ὅτι μὴ τοῖς ἱππεῦσι καὶ ἀκοντισταῖς ἀπὸ τοῦ Ὀλυμπιείου.

μγ΄. Ἔπειτα μηχαναῖς ἔδοξε τῷ Δημοσθένει πρότερον ἀποπειράσαι τοῦ ἀποτειχίσματος. ὡς δὲ αὐτῷ προσαγαγόντι κατεκαύθησάν τε ὑπὸ τῶν ἐναντίων ἀπὸ τοῦ τείχους ἀμυνομένων αἱ μηχαναί, καὶ τῇ ἄλλῃ στρατιᾷ πολλαχῇ προσβάλλοντες ἀπεκρούοντο, οὐκέτι ἐδόκει διατρίβειν· ἀλλὰ πείσας τόν τε Νικίαν καὶ τοὺς ἄλλους ξυνάρχοντας, ὡς ἐπενόει τὴν ἐπιχείρησιν τῶν Ἐπιπολῶν ἐποιεῖτο. καὶ ἡμέρας μὲν ἀδύνατα ἐδόκει εἶναι λαθεῖν προσελθόντας τε καὶ ἀναβάντας· παραγγείλας δὲ πενθ' ἡμερῶν σιτία, καὶ τοὺς λιθολόγους, καὶ τέκτονας

πάντας λαβὼν, καὶ ἄλλην παρασκευὴν τοξευμάτων τε, καὶ ὅσα ἔδει, ἢν κρατῶσι, τειχίζοντας ἔχειν· αὐτὸς μὲν ἀπὸ τοῦ πρώτου ὕπνου, καὶ Εὐρυμέδων, καὶ Μένανδρος, ἀναλαβὼν τὴν πᾶσαν στρατιὰν, ἐχώρει πρὸς τὰς Επιπολάς. Νικίας δὲ ἐν τοῖς τείχεσιν ὑπελέλειπτο. καὶ ἐπειδὴ ἐγένοντο πρὸς αὐταῖς κατὰ τὸν Εὐρύηλον (ᾗπερ καὶ ἡ προτέρα στρατιὰ τοπρῶτον ἀνέβη) λανθάνουσί τε τοὺς φύλακας τῶν Συρακουσίων, καὶ προσβάντες, τὸ τείχισμα ὃ ἦν αὐτόθι τῶν Συρακουσίων, αἱροῦσι, καὶ ἄνδρας [τινὰς] τῶν φυλάκων ἀποκτείνουσιν· οἱ δὲ πλείους, διαφυγόντες εὐθὺς πρὸς τὰ στρατόπεδα, ἃ ἦν ἐπὶ τῶν Επιπολῶν τρία [ἐν προτειχίσμασιν,] ἓν μὲν τῶν Συρακουσίων, ἓν δὲ τῶν ἄλλων Σικελιωτῶν, ἓν δὲ τῶν ξυμμάχων, ἀγγέλλουσι τὴν ἔφοδον. καὶ τοῖς ἑξακοσίοις τῶν Συρακουσίων, οἳ καὶ πρῶτοι κατὰ τοῦτο τὸ μέρος τῶν Επιπολῶν φύλακες ἦσαν, ἔφραζον. οἱ δ' ἐβοήθουν

cum etiam aedium structores omnesque fabros assumsisset, et caeterum missilium apparatum, et *omnia* quaecunque ad munitiones exstruendas necessaria futura erant, si *eo loco* potiti fuissent, ipse quidem a primo somno, et Eurymedon, et Menander, omnibus copiis assumtis, ad Epipolas contendit. Nicias vero in munitionibus remansit. Cum autem ad ipsas *Epipolas* accessissent per Euryelum (qua etiam prior exercitus prius ascenderat) Syracusanorum custodes latuerunt; ipsorumque munitionem, quae illic erat, aggressi ceperunt, et nonnullos de custodibus interfecerunt. At *ipsorum* plerique, qui confestim diffugerant ad castra, (quae in ipsis Epipolis erant terna, in *urbis* propugnaculis, una quidem Syracusanorum, altera vero caeterorum Siciliensium, et tertia aliorum sociorum,) hostium adventum *suis* nuntiarunt. Et *praecipue* sexcentis illis Syracusanis, qui etiam primi in hac Epipolarum parte excubabant, *hostes introisse* significa-

runt. Hi vero confestim ad opem *suis* ferendam accurrerunt; sed Demosthenes et Athenienses eos nacti, quamvis strenue restiterent, tamen fugarunt. Atque ipsi quidem confestim ulterius ire perrexerunt, ne praesens ille animorum ardor restingueretur, atque *res*, quarum causa venerant, non perficerentur. Alii vero munitionem Syracusanorum, quam initio aggressi fuerant, a custodibus desertam ceperunt, pinnasque detrahebant. Syracusani vero, et socii, et Gylippus, ejusque milites opem ex propugnaculis ferebant. Quoniam autem hoc audax *hostium* facinus ipsis inexspectatum noctu contigerat, Athenienses invaserunt timore perculsi; et ab ipsis repulsi, primum pedem retulerunt. Dum autem Athenienses quasi victores nullo ordine jam longius progrederentur, et omnes hostium munitiones nondum oppugnatas perrumpere quam celerrime vellent (ne, se de impressione remittentibus, *Syracusani* rursus conglobarentur) ipsis Boeoti primi restiterunt, et ag-

ουν εὐθὺς, καὶ αὐτοῖς ὁ Δημοσθένης καὶ οἱ Ἀθηναῖοι ἐντυχόντες, ἀμυνομένους προθύμως ἔτρεψαν. καὶ αὐτοὶ μὲν εὐθὺς ἐχώρουν ἐς τὸ πρόσθεν ὅπως τῇ παρούσῃ ὁρμῇ τοῦ περαίνεσθαι ὧν ἕνεκα ἦλθον μὴ βραδεῖς γένωνται. ἄλλοι δὲ τὸ ἀπὸ τῆς πρώτης παρατείχισμα τῶν Συρακουσίων, οὐχ ὑπομενόντων τῶν φυλάκων, ᾕρουν τε, καὶ τὰς ἐπάλξεις ἀπέσυρον. οἱ δὲ Συρακούσιοι καὶ οἱ ξύμμαχοι, καὶ ὁ Γύλιππος καὶ οἱ μετ' αὐτοῦ ἐβοήθουν ἐκ τῶν προτειχισμάτων. καὶ ἀδοκήτου τοῦ τολμήματος σφίσιν ἐν νυκτὶ γενομένου, προσέβαλλόν τε τοῖς Ἀθηναίοις ἐκπεπληγμένοι, καὶ βιασθέντες ὑπ' αὐτῶν, τὸ πρῶτον ὑπεχώρησαν. προϊόντων δὲ τῶν Ἀθηναίων ἐν ἀταξίᾳ μᾶλλον ἤδη ὡς κεκρατηκότων, καὶ βουλομένων διὰ παντὸς τοῦ μήπω μεμαχημένου τῶν ἐναντίων ὡς τάχιστα διελθεῖν, (ἵνα μὴ ἀνέντων σφῶν τῆς ἐφόδου αὖθις ξυστραφῶσιν) οἱ Βοιωτοὶ πρῶτοι αὐτοῖς ἀντέσχον, καὶ προσβαλόν-

τες ἔτρεψάν τε καὶ ἐς φυγὴν κατέστησαν.

μδ. Καὶ ἐνταῦθα ἤδη ἐν πολλῇ ταραχῇ καὶ ἀπορίᾳ ἐγίγνοντο οἱ Ἀθηναῖοι, ἣν οὐδὲ πυθέσθαι, ῥάδιον ἦν οὐδ᾽ ἀφ᾽ ἑτέρων ὅτῳ τρόπῳ ἕκαστα ξυνηνέχθη. ἐν μὲν γὰρ ἡμέρᾳ σαφέστερα μὲν, ὅμως δὲ οὐδὲ ταῦτα οἱ παραγενόμενοι πάντα, πλὴν τὸ καθ᾽ ἑαυτὸν ἕκαστος μόγις οἶδεν· ἐν δὲ νυκτομαχίᾳ (ἣ μόνη δὴ στρατοπέδων μεγάλων ἐν τῷδε τῷ πολέμῳ ἐγένετο) πῶς ἄν τις σαφῶς τι εἰδείη; ἦν μὲν γὰρ σελήνη λαμπρὰ, ἑώρων δὲ οὕτως ἀλλήλους ὡς ἐν σελήνῃ εἰκὸς τὴν μὲν ὄψιν τοῦ σώματος προορᾶν, τὴν δὲ γνῶσιν τοῦ οἰκείου ἀπιστεῖσθαι. ὁπλῖται δὲ ἀμφοτέρων οὐκ ὀλίγοι ἐν στενοχωρίᾳ ἀνεστρέφοντο. καὶ τῶν Ἀθηναίων οἱ μὲν ἤδη ἐνικῶντο, οἱ δὲ ἔτι τῇ πρώτῃ ἐφόδῳ ἀήσσητοι ἐχώρουν. πολὺ δὲ καὶ τοῦ ἄλλου στρατεύματος αὐτοῖς τὸ μὲν ἄρτι ἀναβεβήκει, τὸ δ᾽ ἔτι προσανῄει· ὥστ᾽ οὐκ ἠπίσταντο πρὸς ὅ,τι χρὴ χωρῆσαι. ἤδη γὰρ τὰ πρόσθεν

greſſi fuderunt, ac in fugam conjecerunt.

44. Hic vero Athenienſes jam in magna perturbatione et conſilii inopia conſtituti ſunt, quam vel ex alterutris intelligere non facile fuit, *ut certo ſciatur*, quonam modo ſingula contigerint. Nam interdiu, certiora quidem, ſed tamen ne haec quidem omnia *noverunt illi*, qui *rebus gerendis* interfuerunt: ſed vix unus quisque novit res in ea parte geſtas, in qua ipſe fuit. At in nocturna pugna (quae ſola in hoc bello inter magnos exercitus tunc eſt commiſſa) qua ratione quis aliquid certo ſcire poſſit? Nam luna quidem fulgebat: ſed ita ſe invicem conſpiciebant, ut ad lunam credibile eſt. nam ipſam quidem corporis ſpeciem proſpiciebant; ſed amicum *ab hoſte* non discernebant. Utrorumque vero non pauci gravis armaturae milites in anguſto loci ſpatio verſabantur. Et Athenienſium alii quidem jam vincebantur, alii vero ſua prima impreſſione adhuc invicti pergebant. Multi etiam ex reliquo exercitu ad ipſos partim quidem jam aſcenderant, partim vero jam adventabant; adeo ut neſcirent, quonam tendere deberent. Nam propter fugam, in quam

primum *ipsorum* agmen *ab hoste* conjectum fuerat, omnia perturbata erant, et propter *ingentem* clamorem difficile dignosci poterant. Nam et Syracusani et socii, qui *hostem* vincebant, adhortabantur, nec parvo clamore utebantur, quod alia ratione noctu, *quid opus esset facto*, significare non possent, et simul eorum, qui se ferebant obviam, impetum sustinebant. Et Athenienses se ipsos quaeritabant, et quoslibet oppositos, quamvis essent amici, illorum, qui fuga se jam *ad suos* reciperent, hostes esse ducebant. Quoniam autem crebris interrogationibus tesseram sciscitabantur, quod nulla alia ratione *suos ab hostibus* dignoscere possent, sibi ipsis ingentem perturbationem praebebant, dum omnes simul *tesseram* sciscitarentur, ipsamque hostibus prodiderunt. At illorum *tesseram ipsi* non ita norant, quia illi vincentes, nec dissipati, minus ignoti erant. Quare si *Athenienses* in aliquos hostes incidissent, quamvis plus virium *quam hostes* haberent, *ipsi tamen hostes* ipsos devitabant, quod ipsorum tesseram nossent. Sed si ipsi non respondissent, *ab illis* trucidabantur. Quod autem maxime atque praecipue *ipsis*

τῆς τροπῆς γεγενημένης ἐτετάρακτο πάντα, καὶ χαλεπὰ ἦν ὑπὸ τῆς βοῆς διαγνῶναι. οἵ τε γὰρ Συρακούσιοι καὶ οἱ ξύμμαχοι κρατοῦντες παρεκελεύοντό τε, κραυγῇ οὐκ ὀλίγῃ χρώμενοι, (ἀδύνατον ὂν ἐν νυκτὶ ἄλλῳ τῳ σημῆναι) καὶ ἅμα τοὺς προσφερομένους ἐδέχοντο· οἵ τε Ἀθηναῖοι ἐζήτουν τε σφᾶς αὐτούς, καὶ πᾶν τὸ ἐναντίον, καὶ εἰ φίλιον εἴη, τῶν ἤδη πάλιν φευγόντων πολέμιον ἐνόμιζον. καὶ τοῖς ἐρωτήμασι τοῦ ξυνθήματος πυκνοῖς χρώμενοι, διὰ τὸ μὴ εἶναι ἄλλῳ τῳ γνωρίσαι, σφίσι τε αὐτοῖς θόρυβον πολὺν παρεῖχον ἅμα πάντες ἐρωτῶντες, καὶ τοῖς πολεμίοις σαφὲς αὐτὸ κατέστησαν. τὸ δ' ἐκείνων οὐχ ὁμοίως ἠπίσταντο, διὰ τὸ κρατοῦντας αὐτοὺς καὶ μὴ διεσπασμένους, ἧσσον ἀγνοεῖσθαι. ὥστ' εἰ μὲν ἐντύχοιέν τισι, κρείσσους ὄντες τῶν πολεμίων, διέφευγον αὐτούς, ἅτε ἐκείνων ἐπιστάμενοι τὸ ξύνθημα. εἰ δ' αὐτοὶ μὴ ὑποκρίνοιντο, διεφθείροντο. μέγιστον δὲ καὶ οὐχ

ἥκιστα ἔβλαψεν ὁ παιωνισμός. ἀπὸ γὰρ ἀμφοτέρων παραπλήσιος ὢν ἀπορίαν παρεῖχεν. οἵ τε γὰρ Ἀργεῖοι καὶ οἱ Κερκυραῖοι, καὶ ὅσον Δωρικὸν μετ' Ἀθηναίων ἦν, ὁπότε παιωνίσειαν, φόβον παρεῖχε τοῖς Ἀθηναίοις, οἵ τε πολέμιοι ὁμοίως. ὥστε τέλος ξυμπεσόντες αὐτοῖς κατὰ τὰ πολλὰ τοῦ στρατοπέδου, ἐπεὶ ἅπαξ ἐταράχθησαν, φίλοι τε φίλοις, καὶ πολῖται πολίταις, οὐ μόνον ἐς φόβον κατέστησαν, ἀλλὰ καὶ ἐς χεῖρας ἀλλήλοις ἐλθόντες, μόλις ἀπελύοντο. καὶ διωκόμενοι, κατά τε τῶν κρημνῶν οἱ πολλοὶ ῥίπτοντες ἑαυτοὺς, ἀπώλλυντο, στενῆς οὔσης τῆς ἀπὸ τῶν Ἐπιπολῶν πάλιν καταβάσεως. καὶ ἐπειδὴ ἐς τὸ ὁμαλὸν οἱ σωζόμενοι ἄνωθεν καταβαίνοιεν, οἱ μὲν πολλοὶ αὐτῶν, καὶ ὅσοι ἦσαν τῶν προτέρων στρατιωτῶν, ἐμπειρίᾳ μᾶλλον τῆς χώρας, ἐς τὸ στρατόπεδον διεφύγγανον, οἱ δὲ ὕστερον ἥκοντες, εἰσὶν οἳ διαμαρτόντες τῶν ὁδῶν, κατὰ τὴν χώραν ἐπλανήθη-

nocuit, fuit paeanis modulatio. Quod enim utrorumque ſimilis eſſet, dubitationem afferebat. Nam et Argivi et Corcyraei, et quicquid Doricae gentis cum Athenienſibus erat, quoties paeana ceciniſſent, *hoc* Athenienſibus timorem incutiebat; et hoſtes, pariter *eos perterrefaciebant*. Quamobrem ad extremum, poſtquam ſemel perturbati fuerunt, in variis *hoſtilium* caſtrorum partibus inter ſe ipſos concurrentes, et amici cum amicis, et cives cum civibus *confligentes*, non ſolum *ſibi mutuo* metum incuſſerunt, ſed etiam cum ad manus inter ſe veniſſent, *alteri ab alteris* vix dirimi potuerunt. Hoſtibus autem inſequentibus, *eorum* multi ſe ipſos ex rupibus praecipitantes interemerunt, quod arctus eſſet ex Epipolis ad regrediendum deſcenſus. Et poſtquam ii, qui ex locis ſuperioribus incolumes evaſerant, in planitiem deſcenderunt, eorum plerique, et quotquot erant ex priore exercitu, propter majorem regionis notitiam, in *ſua* caſtra perfugerunt. Ex iis vero, qui poſterius venerant, nonnulli ab itineribus aberrantes per agrum paſſim errarunt;

quos, ubi dies illuxit, Syracusanorum equitatus circumfusus profligavit.

45. Postridie vero Syracusani quidem duo tropaea statuerunt; *unum* ad Epipolas, qua *hostis* ascenderat; et *alterum* ubi primum Boeoti *Atheniensibus* restiterant. Athenienses vero suorum cadavera fide publica interposita receperunt. Non pauci autem tam ipsorum, quam sociorum perierunt: arma tamen longe plura, quam pro caesorum numero capta fuerunt. Qui enim ex rupibus inermes sine scutis desilire coacti fuerant, partim quidem perierunt, partim vero evaserunt.

46. Postea vero Syracusani quidem propter insperatum rei feliciter gestae successum, viribus iterum (ut et ante) collectis, Agrigentum, quod seditione laborabat, Sicanum cum quindecim navibus miserunt, ut illam urbem, si posset, in suam potestatem redigeret. Gylippus etiam itinere terrestri Siculorum urbes iterum adiit, ut no-

σαν· ἃς, ἐπειδὴ ἡμέρα ἐγένετο, οἱ ἱππεῖς τῶν Συρακουσίων περιελάσαντες διέφθειραν.

με'. Τῇ δ' ὑστεραίᾳ οἱ μὲν Συρακούσιοι δύο τροπαῖα ἔστησαν, ἐπί τε ταῖς Ἐπιπολαῖς ᾗ ἡ πρόσβασις, καὶ κατὰ τὸ χωρίον ᾗ οἱ Βοιωτοὶ πρῶτοι ἀντέστησαν. οἱ δ' Ἀθηναῖοι τοὺς νεκροὺς ὑποσπόνδους ἐκομίσαντο. ἀπέθανον δὲ οὐκ ὀλίγοι αὐτῶν τε καὶ τῶν ξυμμάχων· ὅπλα μέντοι ἔτι πλείω ἢ κατὰ τοὺς νεκροὺς ἐλήφθη. οἱ γὰρ κατὰ τῶν κρημνῶν βιασθέντες ἅλλεσθαι ψιλοὶ ἄνευ τῶν ἀσπίδων, οἱ μὲν ἀπώλλυντο, οἱ δ' ἐσώθησαν.

μϛ'. Μετὰ δὲ τοῦτο, οἱ μὲν Συρακούσιοι, ὡς ἐπὶ ἀπροσδοκήτῳ εὐπραγίᾳ πάλιν αὖ ἀναῤῥωσθέντες, ὥσπερ καὶ πρότερον, ἐς μὲν Ἀκράγαντα στασιάζοντα πεντεκαίδεκα ναυσὶ Σικανὸν ἀπέστειλαν, ὅπως ὑπαγάγοιτο τὴν πόλιν, εἰ δύναιτο. Γύλιππος δὲ κατὰ γῆν ἐς τὴν Σικελίαν ᾤχετο

αὖθις, ἄξων ϛρατιὰν ἔτι· ὡς ἐν ἐλπίδι ὢν καὶ τὰ τείχη τῶν Ἀθηναίων αἱρήσειν βίᾳ, ἐπειδὴ τὰ ἐν ταῖς Ἐπιπολαῖς οὕτω ξυνέβη.

μζ'. Οἱ δὲ τῶν Ἀθηναίων ϛρατηγοὶ ἐν τούτῳ ἐβουλεύοντο πρός τε τὴν γεγενημένην ξυμφορὰν, καὶ πρὸς τὴν παροῦσαν ἐν τῷ ϛρατοπέδῳ κατὰ πάντα ἀῤῥωϛίαν. τοῖς τε γὰρ ἐπιχειρήμασιν ἑώρων οὐ κατορθοῦντες, καὶ τοὺς ϛρατιώτας ἀχθομένους τῇ μονῇ. νόσῳ τε γὰρ ἐπιέζοντο κατ' ἀμφότερα, τῆς τε ὥρας τοῦ ἐνιαυτοῦ ταύτης οὔσης ἐν ᾗ ἀσθενοῦσιν ἄνθρωποι μάλιϛα, καὶ τὸ χωρίον ἅμα ἐν ᾧ ἐϛρατοπεδεύοντο, ἑλῶδες καὶ χαλεπὸν ἦν. τά τε ἄλλα ὅτι ἀνέλπιϛα αὐτοῖς ἐφαίνετο. τῷ οὖν Δημοσθένει οὐκ ἐδόκει ἔτι χρῆναι μένειν. ἀλλ' ἅπερ [καὶ] διανοηθεὶς ἐς τὰς Ἐπιπολὰς διεκινδύνευσεν, ἐπειδὴ ἔσφαλτο, διεξιέναι ἐψηφίζετο, καὶ μὴ διατρίβειν, ἕως ἔτι τὸ πέλαγος οἷόν τε περαιοῦσθαι, καὶ τοῦ ϛρατεύματος ταῖς γοῦν ἐπελθούσαις ναυσὶ κρα-

vas copias *illinc* adduceret: quod spem conceplisset, fore ut et munitiones Atheniensium expugnaret, quandoquidem apud Epipolas res ita contigisset.

47. Interea vero Atheniensium duces, cum propter cladem, quam acceperant, tum etiam ob afflictam omnibus in rebus fortunam, in qua totus exercitus tunc erat constitutus, consultare coeperunt. Videbant enim, se *suis* conatibus rem feliciter non gerere, et milites mansione gravari. Nam duabus de causis morbo premebantur; tum quod id esset anni tempus, quo potissimum homines aegrotant; tum etiam quod locus, in quo castra habebant, palustris ac molestus esset. Praeterea quod de caeteris *hostium rebus in suam potestatem redigendis* nulla spes amplius ipsis ostenderetur. Demosthenes igitur non diutius *illic* manendum esse censebat. Sed cum spes illa, qua adductus belli fortunam apud Epipolas tentaverat, eum fefellisset, pertransire constituit, nec morari, dum mare foret adhuc idoneum ad trajiciendum, ac ipsi saltem classis accessione

navales copias superare possent. Et reipublicae magis conducere dicebat, bellum cum illis gerere, qui in suo agro munitiones adversus *ipsam* exstruerent, quam cum Syracusanis, quos expugnare nequaquam amplius facile esset. Quinetiam, rationi minime consentaneum esse, magnam pecuniae vim in obsidione frustra consumere. Atque Demosthenis quidem haec erat sententia.

48. Nicias vero sentiebat quidem et ipse res suas infirmas esse, sed tamen ipsarum infirmitatem verbis declarare nolebat: nolebat etiam de recepto decretum a se cum multis palam fieri, ne rumor ad hostes emanaret. Nam si hoc fecissent, se multo minus, quotiescunque voluissent, clam discedere posse. Praeterea hostium quoque res (quod earum majorem quam caeteri *collegae* notitiam *Nicias* haberet) nonnihil spei adhuc *ipsi* praebebant, fore ut deteriore conditione essent, quam suae, si *Athenienses* in *urbis* obsidione perseverarent. Illos enim pecuniarum inopia a se exhaustum iri *dicebat*, praesertim quod classem jam haberent, qua longe lateque maris imperium obtinerent.

τεῖν. καὶ τῇ πόλει ὠφελιμώτερον εἶναι ἔφη, πρὸς τοὺς ἐν τῇ χώρᾳ σφῶν ἐπιτειχίζοντας τὸν πόλεμον ποιεῖσθαι, ἢ Συρακουσίους, οὓς οὐκέτι ῥάδιον εἶναι χειρώσασθαι· οὐδ᾽ αὖ ἄλλως χρήματα πολλὰ δαπανῶντας εἰκὸς εἶναι προσκαθῆσθαι. καὶ ὁ μὲν Δημοσθένης τοιαῦτα ἐγίγνωσκεν.

μη΄. Ὁ δὲ Νικίας ἐνόμιζε μὲν καὶ αὐτὸς πονηρὰ σφῶν τὰ πράγματα εἶναι, τῷ δὲ λόγῳ οὐκ ἐβούλετο αὐτὰ ἀσθενῆ ἀποδεικνύναι, οὐδ᾽ ἐμφανῶς σφᾶς ψηφιζομένους μετὰ πολλῶν τὴν ἀναχώρησιν, τοῖς πολεμίοις καταγγέλτους γίγνεσθαι. λαθεῖν γὰρ ἂν ὁπότε βούλοιντο τοῦτο ποιοῦντες πολλῷ ἧσσον. τὸ δέ τι καὶ τὰ τῶν πολεμίων, ἀφ᾽ ὧν ἐπιπλέον ἢ ἄλλοι ᾐσθάνετο αὐτῶν, ἐλπίδος τι ἔτι παρεῖχε πονηρότερα τῶν σφετέρων ἔσεσθαι, ἢν καρτερῶσι προσκαθήμενοι. χρημάτων γὰρ ἀπορίᾳ αὐτοὺς ἐκτρυχώσειν, ἄλλως τε καὶ ἐπιπλέον ἤδη ταῖς ὑπαρχούσαις ναυσὶ θαλασσοκρατούν-

τῶν. καὶ, ἦν γάρ τι καὶ ἐν ταῖς Συρακούσαις βουλόμενον τοῖς Ἀθηναίοις τὰ πράγματα ἐνδοῦναι, ἐπεκηρυκεύετο ὡς αὐτὸν, καὶ οὐκ εἴα ἀπανίστασθαι. ἃ ἐπιστάμενος, τῷ μὲν ἔργῳ, ἔτι ἐπ' ἀμφότερα ἔχων καὶ διασκοπῶν ἀνεῖχε· τῷ δ' ἐμφανεῖ τότε λόγῳ, οὐκ ἔφη ἀπάξειν τὴν στρατιάν. εὖ γὰρ εἰδέναι ὅτι οἱ Ἀθηναῖοι σφῶν ταῦτα οὐκ ἀποδέξονται, ὥστε μὴ αὐτῶν ψηφισαμένων ἀπελθεῖν. καὶ γὰρ οὐ τοὺς αὐτοὺς ψηφιεῖσθαί τε περὶ σφῶν αὐτῶν, καὶ τὰ πράγματα ὥσπερ καὶ αὐτοὶ ὁρῶντας, καὶ οὐκ ἄλλων ἐπιτιμήσει ἀκούσαντας γνώσεσθαι, ἀλλ' ἐξ ὧν ἄν τις εὖ λέγων διαβάλλοι, ἐκ τούτων αὐτοὺς πείσεσθαι. τῶν τε παρόντων στρατιωτῶν πολλοὺς καὶ τοὺς πλείους ἔφη, οἳ νῦν βοῶσιν ὡς ἐν δεινοῖς ὄντες, ἐκεῖσε ἀφικομένους τὰ ἐναντία βοήσεσθαι, ὡς ὑπὸ χρημάτων καταπροδόντες οἱ στρατηγοὶ ἀπῆλθον. οὔκουν βούλεσθαι αὐτός γε, ἐπιστάμενος τὰς Ἀθηναίων φύσεις, ἐπ' αἰσχρᾷ τε αἰτίᾳ καὶ ἀδι-

Quinetiam (nam et Syracusis erant non-nulli, qui res *urbemque* Atheniensibus dedere volebant) nuntios ad ipsum mittebant, nec discedere sinebant. Quae cum *ille* sciret, re quidem ipsa in utramque partem adhuc nutabat, et ancipitem cogitationem habens haerebat: verbis vero, quibus tunc palam utebatur, se copias abducturum negabat. Se enim probe scire *dicebat* haec ab Atheniensibus minime probatum iri, se sine ipsorum decreto discedere. Non enim qui rerum statum (sicut et ipsi) vidissent, non autem ex aliorum *duces* insectantium verbis intellexissent, eosdem de se ipsis judicaturos atque decreturos; sed ipsos *Athenienses* criminationibus alicujus, qui verbis ad persuadendum aptis usus fuerit, fidem habituros. Quinetiam multos atque adeo plerosque praesentium militum, qui tunc vociferarentur, se in gravibus malis versari, illuc reversos contraria vociferaturos, duces pecunia corruptos prodidisse, atque discessisse. Quamobrem se saltem, qui nosset Atheniensium ingenia, nolle *dicebat* ob turpem causam et inique ab Atheniensibus potius

morte mulctari, quam ab hostibus, si opus esset, hoc ipsum privato periculo pati. *Quamvis autem res suas infirmas et afflictas esse sciret,* tamen dicebat res Syracusanorum longe deteriore conditione esse, quam suas. Illos enim, quod *sua* pecunia mercenarios milites alerent, simul etiam quod alios sumtus facerent in alenda praesidia in castellis circum urbem sitis disposita, praeterea quod magnam etiam classem jam per annum alerent, partim quidem *rei pecuniariae* inopia *jam* premi, partim vero in aliis etiam angustiis fore. Duo enim talentorum millia jam consumsisse, praeterea multa etiam debere. Et, si vel minimum de praesenti apparatu detraherent, stipendiumque *militibus* dare cessarent, res eorum perituras; quippe quod copiis auxiliaribus niterentur potius quam necessariis, quales essent suae copiae. Quamobrem dicebat oportere *se* in obsidione perseverare; neque pecunia superatos, qua longe superiores essent, abire.

49. Atque Nicias quidem haec dicens affirmabat, quia rerum Syracusanorum statum plane compertum habebat, et pecuniarum inopiam, et quosdam illic esse, qui res

κως ὑπ᾽ Ἀθηναίων ἀπολέσθαι μᾶλλον ἢ ὑπὸ τῶν πολεμίων, εἰ δεῖ, κινδυνεύσας τοῦτο παθεῖν ἰδίᾳ. τά τε Συρακουσίων ἔφη ὅμως ἔτι ἥσσω τῶν σφετέρων εἶναι. χρήμασι γὰρ αὐτοὺς ξενοτροφοῦντας, καὶ ἐν περιπολίοις ἅμα [ἄλλα] ἀναλίσκοντας, καὶ ναυτικὸν πολὺ ἔτι ἐνιαυτὸν ἤδη βόσκοντας, τὰ μὲν ἀπορεῖν, τὰ δ᾽ ἔτι ἀμηχανήσειν. δισχίλια γὰρ τάλαντα ἤδη ἀνηλωκέναι, καὶ ἔτι πολλὰ προσοφείλειν· ἤν τε καὶ ὁτιοῦν ἐκλίπωσι τῆς νῦν παρασκευῆς, τῷ μὴ διδόναι τροφὴν, φθερεῖσθαι αὐτῶν τὰ πράγματα, ἐπικουρικὰ μᾶλλον, ἢ δι᾽ ἀνάγκης (ὥσπερ τὰ σφέτερα) ὄντα. τρίβειν οὖν ἔφη χρῆναι προσκαθημένους, καὶ μὴ χρήμασιν ὡς πολὺ κρείσσους εἰσὶ, νικηθέντας ἀπιέναι.

μθ΄. Ὁ μὲν Νικίας ταῦτα λέγων ἰσχυρίζετο, αἰσθόμενος τὰ ἐν ταῖς Συρακούσαις ἀκριβῶς, καὶ τὴν τῶν χρημάτων ἀπορίαν, καὶ ὅτι ἦν αὐτόθι που τὸ βουλόμενον τοῖς

Ἀθηναίοις γίγνεσθαι τὰ πράγματα, καὶ ἐπικηρυκευόμενον πρὸς αὐτὸν ὥστε μὴ ἀπανίστασθαι, καὶ ἅμα ταῖς γοῦν ναυσὶν ἢ πρότερον θαρσήσει κρατηθείς. ὁ δὲ Δημοσθένης, περὶ μὲν τοῦ προσκαθῆσθαι, οὐδ' ὁπωσοῦν ἐνεδέχετο· εἰ δὲ δεῖ μὴ ἀπάγειν τὴν στρατιὰν ἄνευ Ἀθηναίων ψηφίσματος, ἀλλὰ τρίβειν αὐτοὺς ἔφη χρῆναι, ἢ ἐς τὴν Θάψον ἀναστάντας τοῦτο ποιεῖν, ἢ ἐς τὴν Κατάνην, ὅθεν τῷ τε πεζῷ ἐπὶ πολλὰ τῆς χώρας ἐπιόντες τρέψονται, πορθοῦντες τὰ τῶν πολεμίων, καὶ ἐκείνους βλάψουσι· ταῖς τε ναυσὶν ἐν πελάγει, καὶ οὐκ ἐν στενοχωρίᾳ (ἣ πρὸς τῶν πολεμίων μᾶλλόν ἐστι) τοὺς ἀγῶνας ποιήσονται, ἀλλ' ἐν εὐρυχωρίᾳ, ἐν ᾗ τά τε τῆς ἐμπειρίας χρήσιμα σφῶν ἔσται, καὶ ἀναχωρήσεις καὶ ἐπίπλους, οὐκ ἐκ βραχέος καὶ περιγραπτοῦ ὁρμώμενοί τε καὶ καταίροντες, ἕξουσι. τό, τε ξύμπαν εἰπεῖν, οὐδενὶ τρόπῳ ἔφη ἀρέσκειν ἐν τῷ αὐτῷ ἔτι μένειν, ἀλλ' ὅτι τάχιστα ἤδη καὶ μὴ μέλλειν

illas in Atheniensium potestatem venire cuperent, et qui nuntios ad se mitterent, ne discederet; simul etiam *illud certo sciebat*, se classe saltem, *majorem* fidentiam habiturum, quam ante, quum *ab hoste* victus fuisset. Demosthenes vero nullo modo probabat ejus consilium de diutius in *urbis* obsidione perseverando. Quod si sine Atheniensium decreto exercitus non esset abducendus, at *in Sicilia* perstandum; dicebat hoc ipsis esse faciendum, ita ut castris *inde* motis aut Thapsum, aut Catanam peterent, unde cum peditatu in varias *hostilis* agri partes sese converterent, et incursiones facerent, et res hostium diriperent, ac illis nocerent; et cum *suis* navibus in alto, nec in angustiis (quae pro hostibus magis facerent) proelia committerent, sed in aperto mari, ubi ex sua peritia fructum perciperent, et se recipiendi et *hostem* invadendi liberam facultatem haberent, non ex brevi praescriptoque *loci spatio in hostem* impressionem facientes, et *ad suas stationes ac portum* appellentes. In summa, nullo modo sibi placere dicebat, in eodem *loco* diutius manere; sed quam celerrime jam, et sine ulla cunctatione castris

motis *illinc* abire. Eurymedon autem ipsius orationem comprobabat. Sed contradicente Nicia, segnities quaedam et cunctatio innascebatur, simul etiam suspicio, ne Nicias, quod aliquid amplius *meliusque* nosset quam caeteri, *haec* affirmaret. Hunc in modum Athenienses quidem negligentiores facti sunt, et in *eodem* loco permanserunt.

50. Interea vero Gylippus et Sicanus Syracusas redierunt. Sicanus quidem infecto Agrigenti negotio; (nam cum adhuc Gelae esset, illa seditio propter Syracusanos orta in amicitiam est conversa) Gylippus vero rediit secum adducens cum alium magnum exercitum ex Sicilia *collectum*, tum etiam illos gravis armaturae milites vere in onerariis navibus ex Peloponneso missos, ex Africa Selinuntem profectos. Cum enim in Africam delati fuissent, et duas triremes et navigationis duces a Cyrenaeis datos accepissent, et in ipsa praetervectione Euesperitis, qui ab Afris obsidebantur, opem tu-

ἐξανίςασθαι. καὶ ὁ Εὐρυμέδων αὐτῷ ταῦτα ξυνηγόρευεν. ἀντιλέγοντος δὲ τοῦ Νικίου, ὄκνος τὶς καὶ μέλλησις ἐνεγένετο, καὶ ἅμα ὑπόνοια μή τι καὶ πλέον εἰδὼς ὁ Νικίας ἰσχυρίζηται. καὶ οἱ μὲν Ἀθηναῖοι τούτῳ τῷ τρόπῳ διεμέλλησάν τε καὶ κατὰ χώραν ἔμενον.

ν'. Ὁ δὲ Γύλιππος καὶ ὁ Σικανὸς ἐν τούτῳ παρῆσαν ἐς τὰς Συρακούσας· ὁ μὲν Σικανὸς, ἁμαρτὼν τοῦ Ἀκράγαντος· (ἐν Γέλᾳ γὰρ ὄντος αὐτοῦ ἔτι, ἡ τοῖς Συρακουσίοις στάσις ἐς φιλίαν ἐξεπεπτώκει) ὁ δὲ Γύλιππος, ἄλλην τε στρατιὰν πολλὴν ἔχων ἦλθεν ἀπὸ τῆς Σικελίας, καὶ τοὺς ἐκ τῆς Πελοποννήσου τοῦ ἦρος ἐν ταῖς ὁλκάσιν ὁπλίταις ἀποσταλέντας, ἀφικομένους ἀπὸ τῆς Λιβύης ἐς Σελινοῦντα. ἀπενεχθέντες γὰρ ἐς Λιβύην, καὶ δόντων Κυρηναίων τριήρεις δύο καὶ τοῦ πλοῦ ἡγεμόνας, καὶ ἐν τῷ παράπλῳ Εὐεσπερίταις πολιορκουμένοις ὑπὸ Λιβύων ξυμμαχήσαντες, καὶ νικήσαντες τοὺς

Λίβυς, καὶ αὐτόθεν παραπλεύσαντες ἐς Νέαν πόλιν, Καρχηδονιακὸν ἐμπόριον, ὅθεν πρὸς Σικελίαν ἐλάχιστον δυοῖν ἡμερῶν καὶ νυκτὸς πλοῦς ἀπέχει, καὶ ἀπ᾽ αὐτοῦ περαιωθέντες, ἀφίκοντο ἐς Σελινοῦντα· καὶ οἱ μὲν Συρακούσιοι, εὐθὺς αὐτῶν ἐλθόντων παρεσκευάζοντο ὡς ἐπιθησόμενοι κατ᾽ ἀμφότερα αὖθις τοῖς Ἀθηναίοις, καὶ ναυσὶ καὶ πεζῷ. οἱ δὲ τῶν Ἀθηναίων στρατηγοί, ὁρῶντες στρατιάν τε ἄλλην προσγεγενημένην αὐτοῖς, καὶ τὰ ἑαυτῶν ἅμα οὐκ ἐπὶ τὸ βέλτιον χωροῦντα, ἀλλὰ καθ᾽ ἡμέραν τοῖς πᾶσι χαλεπώτερον ἴσχοντα, μάλιστα δὲ τῇ ἀσθενείᾳ τῶν ἀνθρώπων πιεζόμενα, μετεμέλοντό τε πρότερον οὐκ ἀναστάντες, καὶ ὡς αὐτοῖς οὐδὲ ὁ Νικίας ἔτι ὁμοίως ἠναντιοῦτο, ἀλλ᾽ ἢ μὴ φανερῶς γε ἀξιῶν ψηφίζεσθαι, προεῖπον ὡς ἠδύναντο ἀδηλότατα ἔκπλουν ἐκ τοῦ στρατοπέδου πᾶσι, καὶ παρασκευάσασθαι ὅταν τις σημήνῃ· καὶ μελλόντων αὐτῶν, ἐπειδὴ ἕτοιμα ἦν, ἀποπλεῖν, ἡ σελήνη ἐκ-

lissent, Afrosque superassent, et illinc praetervecti Neapolim petiissent, Carthaginiense emporium, unde in Siciliam brevissimus est trajectus, duorum omnino dierum et unius noctis navigatione, et illinc *in Siciliam* trajecissent, Selinuntem pervenerunt. Cum autem isti *illuc* advenissent, Syracusani quidem confestim sese praeparare coeperunt ad Athenienses utrinque, et navalibus et pedestribus copiis, rursus invadendos. Atheniensium vero duces, cum alium etiam exercitum ipsis *Syracusanis* accessisse viderent, et res suas non in melius progredi, sed quotidie ex omni parte pejus se habere, praecipue vero infirma hominum valetudine premi, poenitebat quod antea motis *inde* castris non abiissent; et cum ne Nicias quidem amplius aeque *ac ante* ipsis adversaretur, sed tantum peteret, ne saltem aperte *profectio* decerneretur, omnibus *suis militibus* abitionem ex castris edixerunt quam occultissime potuerunt, utque expediti forent, quum quis signum daret. Cum autem *res omnes jam* essent paratae, cumque *jam* essent discessuri, luna defecit. Erat autem

plenilunium. Atheniensium vero cum *alii* plerique rem eam pro ominosa habentes, duces ad subsistendum hortabantur, tum vero Nicias (erat enim alioqui rebus divinis, et hujusmodi nimium deditus) dixit se ne permissurum quidem amplius, ut de castris movendis deliberaretur, prius quam ter novem dies *ibi* mansissent, quos vates praecepissent. Hac igitur de causa Athenienses mora interposita *illic* permanserunt.

51. Syracusani vero, cum hoc intellexissent, animis et ipsi multo magis erecti sunt ad Atheniensium fugam impediendam, quod vel ipsi *Athenienses* jam agnoscerent, se neque classe neque peditatu Syracusanis amplius superiores esse. Nec enim, furtivam abitionem molituros fuisse *credebant*. Simul etiam quod nollent eos in aliquam aliam Siciliae partem profectos, ibi considere, et oppugnatu difficiliores esse; sed illic primo quoque tempore, et in loco sibi commodo, ipsos ad proelium navale committendum adigere *vellent*. Naves igitur instruere coeperunt, et aliquot dies, quot satis esse ipsis

λείπει. ἐτύγχανε γὰρ πανσέληνος ὖσα. κὴ οἱ Ἀθηναῖοι οἵ τε πλείυς ἐπισχεῖν ἐκέλευον τὺς ςρατηγὺς, ἐνθύμιον ποιύμενοι, κὴ ὁ Νικίας (ἦν γάρ τι κὴ ἄγαν θειασμῷ τε κὴ τῷ τοιύτῳ προσκείμενος) ὐδ' ἂν διαβυλεύσασθαι ἔτι ἔφη, πρὶν ἃς οἱ μάντεις ἐξηγῦντο, τρὶς ἐννέα ἡμέρας μεῖναι, ὅπως ἂν πρότερον κινηθείη. καὶ τοῖς μὲν Ἀθηναίοις μελλήσασι, διὰ τῦτο ἡ μονὴ ἐγεγένητο.

να'. Οἱ δὲ Συρακύσιοι, κὴ αὐτοὶ τῦτο πυθόμενοι, πολλῷ μᾶλλον ἐγηγερμένοι ἦσαν μὴ ἀνιέναι τὰ τῶν Ἀθηναίων, ὡς κὴ αὐτῶν καθεγνωκότων ἤδη μηκέτι κρεισσόνων εἶναι σφῶν μήτε ταῖς ναυσὶ, μήτε τῷ πεζῷ· ὐ γὰρ ἂν τὸν ἔκπλυν ἐπιβυλεῦσαι. καὶ ἅμα ὐ βυλόμενοι αὐτὺς, ἄλλοσέ ποι τῆς Σικελίας καθεζομένυς, χαλεπωτέρους εἶναι προσπολεμεῖν, ἀλλ' αὐτῦ ὡστάχιςα κὴ ἐν ᾧ σφίσι ξυμφέρει ἀναγκάσαι αὐτὺς ναυμαχεῖν. τὰς οὖν ναῦς ἐπλήρυν, κὴ ἀνεπειρῶντο ἡμέρας ὅσαι

αὐτοῖς ἐδόκȣν ἱκαναὶ εἶναι. ἐπειδὴ δὲ καιρὸς ἦν, τῇ μὲν προτεραίᾳ πρὸς τὰ τείχη τῶν Ἀθηναίων προσέβαλλον, καὶ ἐπεξελθόντος μέρȣς τινὸς ȣ πολλȣ͂ καὶ τῶν ὁπλιτῶν καὶ τῶν ἱππέων κατά τινας πύλας, ἀπολαμβάνȣσί τε τῶν ὁπλιτῶν τινὰς, καὶ τρεψάμενοι καταδιώκȣσιν. ȣ̓́σης δὲ στενῆς τῆς ἐφόδȣ, οἱ Ἀθηναῖοι ἵππȣς τε ἑβδομήκοντα ἀπολλύȣσι, καὶ τῶν ὁπλιτῶν ȣ̓ πολλȣ́ς.

νϐ΄. Καὶ ταύτῃ μὲν τῇ ἡμέρᾳ ἀπεχώρησεν ἡ στρατιὰ τῶν Συρακȣσίων· τῇ δ' ὑστεραίᾳ, ταῖς τε ναυσὶν ἐκπλέȣσιν, ȣ̓́σαις ἓξ καὶ ἑβδομήκοντα, καὶ τῷ πεζῷ ἅμα πρὸς τὰ τείχη ἐχώρȣν. οἱ δ' Ἀθηναῖοι ἀντανῆγον ναυσὶν ἓξ καὶ ὀγδοήκοντα, καὶ προσμίξαντες ἐναυμάχȣν. καὶ τὸν Εὐρυμέδοντα ἔχοντα τὸ δεξιὸν κέρας τῶν Ἀθηναίων, καὶ βȣλόμενον περικλείσασθαι τὰς ναῦς τῶν ἐναντίων, καὶ ἐπεξαγαγόντα τῷ πλῷ πρὸς τὴν γῆν μᾶλλον, νικήσαντες οἱ Συρακȣ-

visi sunt, se exercuerunt. Postquam vero tempus opportunum advenit, priore quidem die ad Atheniensium munitiones accesserunt, easque oppugnare coeperunt: cumque quaedam non magna manus, tam gravis armaturae militum quam equitum, per quasdam portas eruptionem in eos fecisset, *Syracusani* nonnullos *illorum* gravis armaturae milites interceperunt, et *caeteros* in fugam versos persequuti sunt. Quoniam autem via, qua incursio fiebat, erat angusta, Athenienses amiserunt septuaginta equites, et nonnullos gravis armaturae milites.

52. Atque hoc quidem die Syracusanorum exercitus *illinc* se recepit. Postero vero die, cum sex et septuaginta navibus prodierunt, et cum peditatu simul ad *Atheniensium* munitiones perrexere. Athenienses vero cum sex et octoginta navibus obviam ipsis iverunt, et cum ad manus venissent proelium navale commiserunt. Et Eurymedontem (qui dextrum Atheniensium cornu tenebat, et adversariorum naves circumcludere volebat, ac *ideo* navium agmen longa serie extenuatum produxerat propius ter-

ram) Syracusani sociique, cum medium Atheniensium *agmen* primum vicissent, ipsum quoque in concavo portus atque intimo ejus recessu interceperunt; et cum ipsum, tum etiam naves, quae ipsum sequebantur, profligarunt. Deinde vero reliquam etiam Atheniensium classem jam persequi, et ad terram propellere coeperunt.

53. Gylippus vero, cernens hostium classem jam superari, et extra vallum et sua castra proferri, cupiens eos profligare, qui *in terram* egrederentur, et efficere, ut Syracusani naves facilius retraherent, quod ab amicis terra teneretur, ad portus crepidinem cum quadam copiarum parte accurrit, ut *suis* auxilium ferret. Hetrusci vero (isti enim Atheniensium causa *illic* excubabant) cum ipsos hac incomposite contendentes animadvertissent, in eos eruptionem fecerunt, ut suis opem ferrent, et, impressione in primos facta, *eos* in fugam conjecerunt, et in paludem nomine Lysimeliam deturbarunt. Postea vero, cum major Syracusano-

σιοι καὶ οἱ ξύμμαχοι τὸ μέσον πρῶτον τῶν Ἀθηναίων, ἀπολαμβάνουσι κἀκεῖνον ἐν τῷ κοίλῳ καὶ μυχῷ τοῦ λιμένος, καὶ αὐτόν τε διαφθείρουσι, καὶ τὰς μετ' αὐτοῦ ναῦς ἑπισπομένας· ἔπειτα δὲ καὶ τὰς πάσας ναῦς ἤδη τῶν Ἀθηναίων κατεδίωκόν τε καὶ ἐξεώθουν ἐς τὴν γῆν.

νγ'. Ὁ δὲ Γύλιππος, ὁρῶν τὰς ναῦς τῶν πολεμίων νικωμένας, καὶ ἔξω τῶν σταυρωμάτων καὶ τοῦ ἑαυτῶν στρατοπέδου καταφερομένας, βουλόμενος διαφθείρειν τοὺς ἐκβαίνοντας, καὶ τὰς ναῦς ῥᾷον τοὺς Συρακουσίους ἀφέλκειν τῆς γῆς φιλίας οὔσης, παρεβοήθει ἐπὶ τὴν χηλὴν, μέρος τι ἔχων τῆς στρατιᾶς. καὶ αὐτοὺς οἱ Τυρσηνοὶ (οὗτοι γὰρ ἐφύλασσον τοῖς Ἀθηναίοις) [ταύτῃ] ὁρῶντες ἀτάκτως προσφερομένους, ἐπεκβοηθήσαντες καὶ προσπεσόντες τοῖς πρώτοις, τρέπουσι, καὶ ἐσβάλλουσιν ἐς τὴν λίμνην τὴν Λυσιμέλειαν καλουμένην. ὕστερον δὲ, πλείονος ἤδη τοῦ στρατεύματος παρόντος τῶν Συ-

ρακουσίων καὶ ξυμμάχων, καὶ οἱ Ἀθηναῖοι ἐπιβοηθήσαντες, καὶ δείσαντες περὶ ταῖς ναυσὶν, ἐς μάχην τε κατέστησαν πρὸς αὐτοὺς, καὶ νικήσαντες ἐπεδίωξαν. καὶ ὁπλίτας τε πολλοὺς ἀπέκτειναν, καὶ τὰς ναῦς, τὰς μὲν πολλὰς διέσωσάν τε καὶ ξυνήγαγον κατὰ τὸ στρατόπεδον, δυοῖν δεούσας εἴκοσιν, ἃς οἱ Συρακούσιοι καὶ οἱ ξύμμαχοι ἔλαβον αὐτῶν, καὶ τοὺς ἄνδρας πάντας ἀπέκτειναν· καὶ ἐπὶ τὰς λοιπὰς, ἐμπρῆσαι βουλόμενοι, ὁλκάδα παλαιὰν κληματίδων καὶ δαδὸς γεμίσαντες (ἦν γὰρ ἐπὶ τοὺς Ἀθηναίους· ὁ ἄνεμος οὔριος) ἀφεῖσαν τὴν ναῦν, πῦρ ἐμβαλόντες. καὶ οἱ Ἀθηναῖοι δείσαντες περὶ ταῖς ναυσὶν, ἀντεμηχανήσαντό τε σβεστήρια κωλύματα, καὶ παύσαντες τὴν φλόγα, καὶ τὸ μὴ προσελθεῖν ἐγγὺς τὴν ὁλκάδα, τοῦ κινδύνου ἀπηλλάγησαν.

νδ΄. Μετὰ δὲ τοῦτο οἱ Συρακούσιοι μὲν τῆς τε ναυμαχίας τροπαῖον ἔστησαν, καὶ τῆς ἄνω τῆς πρὸς τῷ τείχει ἀπολήψεως

rum fociorumque manus jam advenifset, ipsi quoque Athenienses, qui *suis* subsidio venerant, et qui *suis* navibus timebant, cum ipsis proelium commiserunt, victosque persecuti sunt: et gravis armaturae milites non multos interfecerunt, et navium *suarum* majorem quidem partem conservarunt, et in *sua* castra reduxerunt. Sed earum duodeviginti Syracusani sociique ceperunt, omnesque viros interfecerunt. Et in caeteras, quas concremare cupiebant, navem onerariam vetustam, quam sarmentis ac taedis onerarant (erat autem ventus in Athenienses secundus) igne injecto dimiserunt. Athenienses vero *suae* classi timentes, remedia ad ignem restinguendum idonea excogitarunt, restinctaque flamma, et impedito navis onerariae cursu ne propius *ad suas naves* accederet, hoc periculo sunt liberati.

54. Postea vero Syracusani quidem tropaeum erexerunt, cum navalis victoriae, tum gravis armaturae militum prius ante munitiones interceptorum, unde etiam eos ceperunt. Athenienses vero *et ipsi* tro-

paeum erexerunt, tum *Syracusani* peditatus ab Hetruscis fugati et in paludem compulsi, tum *reliquarum copiarum*, quas ipsi cum *suis* reliquis copiis *in fugam conjecerant*.

55. Cum autem Syracusani jam insignem victoriam navalem adepti fuissent (prius enim reformidabant classem, quae cum Demosthene advenerat) Athenienses maximum animi moerorem omnibus ex rebus conceperunt, quod res longe aliter ipsis cecidisset, atque speraverant. Sed eos multo magis hujus expeditionis poenitebat. Quod enim illis solis civitatibus bellum jam intulissent, quae iisdem institutis uterentur, et quae populari dominatu, ut et ipsi, regerentur, et quae classem et equitatum et potentiam haberent, quod etiam nullum dissidium ex mutato reipublicae statu inter ipsos excitare possent, quo *eos* sibi adjungerent, neque *bellico* apparatu, licet *illis* longe superiores *essent*, *eos subigere possent*, sed in plerisque rebus sui conatus infeliciter sibi cederent, cum antea inopes erant consilii, tum vero, postquam navali proelio superati sunt (quod *sibi eventurum* nunquam putassent) multo magis animis consternatis esse coeperunt.

τῶν ὁπλιτῶν, ὅθεν καὶ τοὺς ἵππους ἔλαβον· Ἀθηναῖοι δὲ, ἧς τε οἱ Τυρσηνοὶ τροπῆς ἐποιήσαντο τῶν πεζῶν ἐς τὴν λίμνην, καὶ ἧς αὐτοὶ τοῦ ἄλλου στρατοπέδου.

νε΄. Γεγενημένης δὲ τῆς νίκης τοῖς Συρακουσίοις λαμπρᾶς ἤδη τοῦ ναυτικοῦ, (πρότερον μὲν γὰρ ἐφοβοῦντο τὰς μετὰ τοῦ Δημοσθένους ναῦς ἐπελθούσας) οἱ μὲν Ἀθηναῖοι ἐν παντὶ δὴ ἀθυμίας ἦσαν, καὶ ὁ παράλογος αὐτοῖς μέγας ἦν, πολὺ δὲ μείζων ἔτι τῆς στρατιᾶς ὁ μετάμελος. πόλεσι γὰρ ταύταις μόναις ἤδη ὁμοιοτρόποις ἐπελθόντες, δημοκρατουμέναις τε ὥσπερ καὶ αὐτοὶ, καὶ ναῦς καὶ ἵππους καὶ μεγέθη ἐχούσαις, οὐ δυνάμενοι ἐπενεγκεῖν οὔτε ἐκ πολιτείας τι μεταβολῆς τὸ διάφορον αὐταῖς, ᾧ προσήγοντο ἄν, οὔτ᾽ ἐκ παρασκευῆς, πολλῷ κρείσσους, σφαλλόμενοι δὲ τὰ πλείω, τά τε πρὸ αὐτῶν ἠπόρουν, καὶ ἐπειδή γε ταῖς ναυσὶν ἐκρατήθησαν, (ὃ οὐκ ἂν ᾤοντο) πολλῷ δὴ μᾶλλον ἠθύμουν.

νϛ'. Οἱ δὲ Συρακούσιοι τόν τε λιμένα εὐθὺς παρέπλεον ἀδεῶς, καὶ τὸ στόμα αὐτοῦ διενοοῦντο κλείσειν, ὅπως μηκέτι, μηδ' εἰ βούλοιντο, λάθοιεν αὐτοὺς οἱ Ἀθηναῖοι ἐκπλεύσαντες. οὐ γὰρ περὶ τοῦ αὐτοὶ σωθῆναι μόνον ἔτι τὴν ἐπιμέλειαν ἐποιοῦντο, ἀλλὰ καὶ ὅπως ἐκείνους κωλύσωσι· νομίζοντες (ὅπερ ἦν) ἀπό τε τῶν παρόντων πολὺ σφῶν καθυπέρτερα τὰ πράγματα εἶναι, καὶ, εἰ δύναιντο κρατῆσαι Ἀθηναίων τε καὶ τῶν ξυμμάχων καὶ κατὰ γῆν καὶ κατὰ θάλασσαν, καλὸν σφίσιν ἐς τοὺς Ἕλληνας τὸ ἀγώνισμα φανεῖσθαι. τούς τε γὰρ ἄλλους Ἕλληνας εὐθὺς, τοὺς μὲν, ἐλευθεροῦσθαι, τοὺς δὲ, φόβου ἀπολύεσθαι. οὐ γὰρ ἔτι δυνατὴν ἔσεσθαι τὴν ὑπόλοιπον Ἀθηναίων δύναμιν τὸν ὕστερον ἐπενεχθησόμενον πόλεμον ἐνεγκεῖν· καὶ αὐτοὶ, δόξαντες αὐτῶν αἴτιοι εἶναι, ὑπό τε τῶν ἄλλων ἀνθρώπων καὶ τῶν ἔπειτα πολὺ θαυμασθήσεσθαι. καὶ ἦν δὲ ἄξιος ὁ ἀγὼν κατά τε ταῦτα, καὶ ὅτι οὐχὶ Ἀθηναίων μόνον

§ 56. At Syracusani statim intrepide portum praetervecti, ejus quoque ostium claudere statuerunt; ne Athenienses, etiam si vellent, clam ipsis *illinc* exirent. Nec enim ipsi jam de salute tuenda tantum erant soliciti; sed etiam de ratione, qua illos impedirent, *ne salutem sibi parere possent*. Existimabant enim (id quod erat) praesentem rerum suarum statum longe meliorem esse, et, si Athenienses sociosque et terra et mari superare possent, praeclarum sibi certamen hoc apud Graecos visum iri. Caeteros enim Graecos confestim, partim quidem servitute, partim vero metu liberatum iri. Reliquam enim Atheniensium potentiam nequaquam amplius satis virium habituram ad sustinendum bellum, quod *ipsis* postea inferretur. Se autem, quod horum autores fuisse viderentur, cum apud caeteros mortales, tum etiam apud posteros magnae admirationi futuros. Et profecto certamen illud praeclarum erat futurum, cum his de causis, tum etiam quod non solum Athenienses, sed etiam multos alios *eorum*

socios superaturi essent. Neque vero ipsi tantum, sed etiam una cum iis, qui auxilio ipsis venissent, quippe quod cum Corinthiis et Lacedaemoniis conjuncti duces se praestitissent, et suam urbem periculis objecissent, ac in navali proelio rem magna ex parte promovissent. Etenim plurimae gentes adversus hanc unam urbem tunc confluxerant, excepta tamen tota illa multitudine, quae in hoc bello vel ad Atheniensium vel ad Lacedaemoniorum urbem convenerat.

57. Utrique enim cum tot gentium copiis vel contra Siciliam vel pro Sicilia bellum ad Syracusas gesserunt; quorum alii quidem illuc se contulerunt, ut hos in illa regione subigenda juvarent, alii vero ut cum illis *Siciliam* conservarent, neque propter aliquod *foederis* jus potius *quam ob aliam causam*, neque propter cognationem vel has vel illas partes sequuti sunt; sed ut singuli vel casu, vel utilitate, vel necessitate adducti fuerunt. Atque ipsi quidem Athenienses, qui erant Iones, Syracusanis, qui erant Dorienses, ultro bellum intulerunt; et cum ipsis eadem lingua et *iisdem* praeterea insti-

περιεγίγνοντο, ἀλλὰ καὶ τῶν ἄλλων πολλῶν ξυμμάχων· καὶ οὐδ' αὐτοὶ αὖ μόνον, ἀλλὰ καὶ μετὰ τῶν ξυμβοηθησάντων σφίσιν, ἡγεμόνες τε γιγνόμενοι μετὰ Κορινθίων καὶ Λακεδαιμονίων, καὶ τὴν σφετέραν πόλιν ἐμπαρασχόντες προκινδυνεῦσαί τε, καὶ τοῦ ναυτικοῦ μέγα μέρος προκόψαντες. ἔθνη γὰρ πλεῖστα δὴ ἐπὶ μίαν πόλιν ταύτην ξυνῆλθε, πλήν γε δὴ τοῦ ξύμπαντος λόγου τοῦ ἐν τῷδε τῷ πολέμῳ πρὸς τὴν Ἀθηναίων τε πόλιν καὶ Λακεδαιμονίων.

νζ΄. Τοσοίδε γὰρ ἑκάτεροι ἐπὶ Σικελίαν τε καὶ περὶ Σικελίας, τοῖς μὲν ξυγκτησόμενοι τὴν χώραν, τοῖς δὲ ξυνδιασώσοντες, ἐπὶ Συρακούσας ἐπολέμησαν, οὐ κατὰ δίκην τι μᾶλλον, οὐδὲ κατὰ ξυγγένειαν μετ' ἀλλήλων στάντες, ἀλλ' ὡς ἑκάστοις τῆς ξυντυχίας ἢ κατὰ τὸ ξυμφέρον, ἢ ἀνάγκης ἔσχεν. Ἀθηναῖοι μὲν αὐτοὶ Ἴωνες ἐπὶ Δωριέας Συρακουσίους ἐ-

κόντες ἦλθον, καὶ αὐτοῖς τῇ αὐτῇ φωνῇ καὶ νομίμοις ἔτι χρώμενοι Λήμνιοι, καὶ Ἴμβριοι, καὶ Αἰγινῆται, οἳ τότε Αἴγιναν εἶχον· καὶ ἔτι Ἑστιαιεῖς, οἱ ἐν Εὐβοίᾳ Ἑστίαιαν οἰκοῦντες, ἄποικοι ὄντες ξυνεστράτευσαν. τῶν δὲ ἄλλων οἱ μὲν ὑπήκοοι, οἱ δ' ἀπὸ ξυμμαχίας αὐτόνομοι, εἰσὶ δ' οἳ καὶ μισθοφόροι ξυνεστράτευον. καὶ τῶν μὲν ὑπηκόων καὶ φόρου ὑποτελῶν, Ερετριεῖς, καὶ Χαλκιδεῖς, καὶ Στυρεῖς, καὶ Καρύστιοι, ἀπ' Εὐβοίας ἦσαν· ἀπὸ δὲ νήσων, Κεῖοι, καὶ Ανδριοι, καὶ Τήϊοι· ἐκ δ' Ἰωνίας, Μιλήσιοι, καὶ Σάμιοι, καὶ Χῖοι. τούτων Χῖοι οὐχ ὑποτελεῖς ὄντες φόρου, ναῦς δὲ παρέχοντες, αὐτόνομοι ξυνέσποντο, καὶ τοπλεῖστον Ιωνες ὄντες οὗτοι πάντες, καὶ ἀπ' Αθηναίων, πλὴν Καρυστίων. οὗτοι δ' εἰσὶ Δρύοπες. ὑπήκοοι δ' ὄντες, καὶ ἀνάγκῃ ὅμως Ιωνές τε ἐπὶ Δωριέας ἠκολούθουν. πρὸς δ' αὐτοῖς Αἰολεῖς, Μηθυμναῖοι μὲν ναυσὶ καὶ οὐ

tutis utentes, Lemnii, et Imbrii, et Aeginetae, qui tunc Aeginam tenebant, *ad idem bellum adversus Syracusanos sunt profecti:* praeterea Hestiaeenses, qui Hestiaeam in Euboea sitam incolunt, et qui *Atheniensium* sunt coloni, ejusdem militiae socii fuerunt. Ad eandem etiam expeditionem cum illis iverunt alii, partim subditi, partim socii, qui suis legibus vivebant, partim etiam mercede conducti. Atque ex subditis quidem et tributariis, Eretrienses, et Chalcidenses, et Styrenses, et Carystii, ex Euboea erant: ex insulis vero, Cei, Andrii, et Teii: ex Ionia vero, Milesii, Samii, et Chii. Inter hos autem Chii, qui tributorum immunes erant, sed tantum navibus suppeditandis obnoxii, *illius belli* societatem liberi sequebantur; atque horum omnium plerique, praeter Carystios, Iones sunt, et ab Atheniensibus *oriundi.* Hi vero *Carystii* sunt Dryopes. Quamvis autem *isti omnes exceptis Carystiis* essent Iones, et *Atheniensium imperio* subjecti, tamen *eos* vel necessitate coacti contra Dorienses sequebantur. Praeter hos autem, Aeolenses: et Methymnaei quidem *Atheniensibus* parebant, sed naves tantum *illis* suppeditabant, nullum vero tributum pendebant;

Tenedii vero et Aenii vectigales erant. Isti vero Aeolenses cum Boeotis Aeolensibus, et suarum coloniarum conditoribus, qui cum Syracusanis se conjunxerant, necessitate coacti pugnarunt. Plataeenses vero inter Boeotos soli cum Boeotis palam, idque jure inimicitiarum *conflixerunt*. Rhodii vero et Cytherii, Dorienses utrique: sed tamen Cytherii Lacedaemoniorum coloni, cum Atheniensibus contra Lacedaemonios, qui cum Gylippo erant, arma ferebant; Rhodii vero, qui ab Argivis erant oriundi, Syracusanis, qui Dorienses erant, quinetiam Gelois suis colonis, qui cum Syracusanis militabant, bellum facere cogebantur. Ex insularum vero incolis, qui circa Peloponnesum erant, Cephallenses et Zacynthii, liberi illi quidem, quia tamen insulas incolebant, et *ideo* ab Atheniensibus, qui maris imperium *tunc* obtinebant, magis coërcebantur, *quam qui sedes in locis mediterraneis habebant, illos inviti* sequebantur. At Corcyraei non solum Dorienses, sed etiam Corinthii, palam adversus Corinthios atque Syracusanos, quamvis illorum quidem essent coloni, horum vero cognati, tamen necessitate quidem,

φόρῳ ὑπήκοοι, Τενέδιοι δὲ καὶ Αἴνιοι, ὑποτελεῖς. οὗτοι δὲ Αἰολεῖς Αἰολεῦσι τοῖς κτίσασι Βοιωτοῖς μετὰ Συρακουσίων κατ' ἀνάγκην ἐμάχοντο. Πλαταιεῖς δὲ καταντικρὺ Βοιωτοὶ Βοιωτοῖς μόνοι εἰκότως κατ' ἔχθος. Ῥόδιοι δὲ καὶ Κυθήριοι, Δωριεῖς ἀμφότεροι. οἱ μὲν Λακεδαιμονίων ἄποικοι Κυθήριοι, ἐπὶ Λακεδαιμονίους τοὺς ἅμα Γυλίππῳ μετὰ Ἀθηναίων ὅπλα ἔφερον· Ῥόδιοι δὲ, Ἀργεῖοι γένος, Συρακουσίοις μὲν Δωριεῦσι, Γελώοις δὲ καὶ ἀποίκοις ἑαυτῶν οὖσι μετὰ Συρακουσίων στρατευομένοις ἠναγκάζοντο πολεμεῖν. τῶν τε περὶ Πελοπόννησον νησιωτῶν Κεφαλλῆνες μὲν καὶ Ζακύνθιοι, αὐτόνομοι μὲν, κατὰ δὲ τὸ νησιωτικὸν μᾶλλον κατειργόμενοι, ὅτι θαλάσσης ἐκράτουν Ἀθηναῖοι, ξυνείποντο. Κερκυραῖοι δὲ οὐ μόνον Δωριεῖς, ἀλλὰ καὶ Κορίνθιοι σαφῶς ἐπὶ Κορινθίους τε καὶ Συρακουσίους, τῶν μὲν ἄποικοι ὄντες, τῶν

dicebat) sed omnibus Syracusanis sociisque jam exeundum, et vias obstruendas, et locorum angustias praeoccupandas atque custodiendas. Illi vero et ipsi non minus, quam ille, idem sentiebant, et *haec* facienda censebant: sed *addebant*, se non putare homines laetos, et ex navali eoque magno proelio recens reversos et quiescentes, praeterea quod dies festus esset (forte enim tunc apud ipsos dies festus Herculis erat) imperata facile facturos. Nam prae ingenti victoriae gaudio, plerosque per eum diem festum sese ad potationem conversuros, et se existimare, illos sibi in quibuslibet *aliis rebus* obtemperaturos potius, quam in praesentia sumtis armis exituros. Sed cum Magistratibus haec reputantibus difficilia factu esse viderentur, et Hermocrates *haec* ipsis persuadere non posset, postea ipse haec commentus est; veritus ne Athenienses nemine prohibente difficillima quaeque loca noctu prius transiirent, nonnullos e suis sodalibus cum equitibus, quum jam advesperasceret, ad Athe-

τὰς Συρακουσίους καὶ τοὺς ξυμμάχους τάς τε ὁδοὺς ἀποικοδομῆσαι, καὶ τὰ στενόπορα τῶν χωρίων προφθάσαντας φυλάσσειν. οἱ δὲ ξυνεγίγνωσκον μὲν καὶ αὐτοὶ οὐχ ἧσσον ταῦτα ἐκείνου, καὶ ἐδόκει ποιητέα εἶναι. τοὺς δὲ ἀνθρώπους ἄρτι ἀσμένους ἀπὸ ναυμαχίας τε μεγάλης ἀναπεπαυμένους, καὶ ἅμα ἑορτῆς οὔσης (ἔτυχε γὰρ αὐτοῖς Ἡράκλεια ταύτην τὴν ἡμέραν θυσία οὖσα) οὐ δοκεῖν ἂν ῥαδίως ἐθελῆσαι ὑπακοῦσαι. ὑπὸ γὰρ τοῦ περιχαροῦς τῆς νίκης, πρὸς πόσιν τετράφθαι τοὺς πολλοὺς ἐν τῇ ἑορτῇ, καὶ πάντα μᾶλλον ἐλπίζειν ἂν σφῶν πείθεσθαι αὐτοὺς, ἢ ὅπλα λαβόντας ἐν τῷ παρόντι ἐξελθεῖν. ὡς δὲ τοῖς ἄρχουσι ταῦτα λογιζομένοις ἐφαίνετο ἄπορα, καὶ οὐκ ἔπειθεν αὐτοὺς ὁ Ἑρμοκράτης, αὐτὸς ἐπὶ τούτοις τάδε μηχανᾶται· δεδιὼς μὴ οἱ Ἀθηναῖοι καθ' ἡσυχίαν προφθάσωσιν ἐν τῇ νυκτὶ διελθόντες τὰ χαλεπώτατα τῶν χωρίων, πέμπει τῶν ἑταίρων τινὰς τῶν ἑαυτοῦ μετὰ ἱππέ-

ων πρὸς τὸ τῶν Ἀθηναίων στρατόπεδον, ἡνίκα ξυνεσκόταζεν· οἳ προσπελάσαντες ἐξ ὅσου τις ἔμελλεν ἀκούσεσθαι, καὶ ἀνακαλεσάμενοί τινας, ὡς ὄντες τῶν Ἀθηναίων ἐπιτήδειοι (ἦσαν γάρ τινες τῷ Νικίᾳ διάγγελοι τῶν ἔνδοθεν) ἐκέλευον φράζειν Νικίᾳ μὴ ἀπάγειν τῆς νυκτὸς τὸ στράτευμα, ὡς Συρακουσίων τὰς ὁδοὺς φυλασσόντων, ἀλλὰ καθ' ἡσυχίαν τῆς ἡμέρας παρασκευασάμενον ἀποχωρεῖν. καὶ οἱ μὲν, εἰπόντες ἀπῆλθον· καὶ οἱ ἀκούσαντες διήγγειλαν τοῖς στρατηγοῖς τῶν Ἀθηναίων.

οδ´. Οἱ δὲ πρὸς τὸ ἄγγελμα ἐπέσχον τὴν νύκτα, νομίσαντες οὐκ ἀπάτην εἶναι· καὶ ἐπειδὴ καὶ ὡς οὐκ εὐθὺς ὥρμησαν, ἔδοξεν αὐτοῖς καὶ τὴν ἐπιοῦσαν ἡμέραν περιμεῖναι, ὅπως ξυσκευάσαιντο ὡς ἐκ τῶν δυνατῶν οἱ στρατιῶται ὅτι χρησιμώτατα· καὶ τὰ μὲν ἄλλα πάντα καταλιπεῖν, ἀναλαβόντας δὲ αὐτὰ ὅσα περὶ τὸ σῶμα ἐς δίαιταν ὑπῆρχεν ἐπιτήδεια, ἀφορμᾶσθαι. Συρακού-

nienſium caſtra mittit. Qui *eo usque* provecti, unde quis exaudiri poſſet, et quibusdam evocatis, quaſi Athenienſium eſſent amici (erant enim nonnulli internuntii, qui Niciam de rebus urbanis certiorem faciebant) imperarunt, ut Niciae ſignificarent, ne ea nocte copias abduceret, quod Syracuſani vias obſediſſent, ſed poſtridie copiis per otium inſtructis abiret. Atque illi quidem, cum *haec* dixiſſent, diſceſſerunt: hi vero ducibus Athenienſium renuntiarunt ea, quae audierant.

74. Duces autem ob iſtum nuntium ea nocte ſuperſederunt, nullam ſubeſſe fraudem rati. Cum autem ne ſic quidem ſtatim diſceſſiſſent, ipſis et inſequentem diem *illic* remanere placuit, ut milites pro praeſenti facultate convaſarent quam commodiſſime poſſent: et caetera quidem omnia relinquere; ſolis vero rebus, quotquot ad corporis victum ac veſtitum eſſent neceſſariae, aſſumtis, abire. Syracuſani vero et Gylippus cum

peditatu quidem prius egressi, *quam illi discederent*, et vias per *suam* regionem, qua verisimile erat Athenienses iter facturos, obstruxerunt, et rivorum et fluviorum transitus custodiebant. Et in locis ad excipiendum exercitum opportunis, qua *transiturus* videbatur, ut *ejus transitum* impedirent, acie instructa stabant. At cum classe profecti, Atheniensium naves a littore abstraxerunt. Aliquot etiam concremarunt (quod vel ipsi Athenienses facere in animo habuerant) caeteras vero per otium, nullo prohibente, ut quaeque forte aliquo delata fuerat, religatas in urbem traxerunt.

75. Postea vero, cum Niciae et Demostheni *res* satis praeparatae esse visae sunt, jam tertio a navali pugna die castra moverunt. Haec igitur res erat acerba, non tantum si quis singula spectet, quod *nimirum* et amissa classe universa discederent, et pro magna spe, cum ipsi tum etiam *universa* civitas in *salutis* discrimen esset adducta: sed

σιοι δὲ καὶ Γύλιππος τῷ μὲν πεζῷ προεξελ-
θόντες, τάς τε ὁδοὺς τὰς κατὰ τὴν χώραν,
ᾗ εἰκὸς ἦν τοὺς Ἀθηναίους ἰέναι, ἀπεφράγνυ-
σαν, καὶ τῶν ῥείθρων καὶ τῶν ποταμῶν τὰς
διαβάσεις ἐφύλασσον· καὶ ἐς ὑποδοχὴν τοῦ
στρατεύματος, ὡς κωλύσοντες, ᾗ ἐδόκει ἐ-
τάσσοντο· ταῖς δὲ ναυσὶ προσπλεύσαντες,
τὰς ναῦς τῶν Ἀθηναίων ἀπὸ τοῦ αἰγιαλοῦ
ἀφεῖλκον. ἐνέπρησαν δέ τινας ὀλίγας, ὥσ-
περ διενοήθησαν αὐτοὶ οἱ Ἀθηναῖοι, τὰς
δ' ἄλλας καθ' ἡσυχίαν, οὐδενὸς κωλύοντος,
ὡς ἑκάστην ποι ἐκπεπτωκυῖαν ἀναδησάμενοι
ἐκόμιζον ἐς τὴν πόλιν.

οε. Μετὰ δὲ τοῦτο, ἐπειδὴ ἐδόκει τῷ
Νικίᾳ καὶ τῷ Δημοσθένει ἱκανῶς παρα-
σκευάσασθαι, καὶ ἡ ἀνάστασις ἤδη τοῦ στρα-
τεύματος τρίτῃ ἡμέρᾳ ἀπὸ τῆς ναυμαχίας
ἐγίγνετο. δεινὸν οὖν ἦν οὐ καθ' ἓν μόνον τῶν
πραγμάτων, ὅτι τάς τε ναῦς ἀπολωλε-
κότες πάσας ἀπεχώρουν, καὶ ἀντὶ μεγάλης
ἐλπίδος καὶ αὐτοὶ καὶ ἡ πόλις κινδυνεύοντες

ἀλλὰ καὶ ἐν τῇ ἀπολείψει τοῦ στρατοπέδου ξυνέβαινε τῇ τε ὄψει ἑκάστῳ ἀλγεινὰ καὶ τῇ γνώμῃ αἰσθέσθαι. τῶν τε γὰρ νεκρῶν ἀτάφων ὄντων, ὁπότε τὶς ἴδοι τινὰ τῶν ἐπιτηδείων κείμενον, ἐς λύπην μετὰ φόβου καθίστατο. καὶ οἱ ζῶντες καταλειπόμενοι τραυματίαι τε καὶ ἀσθενεῖς, πολὺ τῶν τεθνεώτων τοῖς ζῶσι λυπηρότεροι ἦσαν, καὶ τῶν ἀπολωλότων ἀθλιώτεροι. πρὸς γὰρ ἀντιβολίαν καὶ ὀλοφυρμὸν τραπόμενοι, ἐς ἀπορίαν καθίστασαν, ἄγειν τε σφᾶς ἀξιοῦντες, καὶ ἕνα ἕκαστον ἐπιβοώμενοι, εἴ τινά πού τις ἴδοι ἢ ἑταίρων, ἢ οἰκείων. τῶν τε ξυσκήνων ἤδη ἀπιόντων ἐκκρεμαννύμενοι, καὶ ἐπακολουθοῦντες ὅσον δύναιντο. εἴ τῳ δὲ προλείποι ἡ ῥώμη καὶ τὸ σῶμα, οὐκ ἄνευ ὀλίγων ἐπιθειασμῶν καὶ οἰμωγῆς ἀπολειπόμενοι, ὥστε δάκρυσι πᾶν τὸ στράτευμα πλησθὲν καὶ ἀπορίᾳ τοιαύτῃ, μὴ ῥᾳδίως ἀφορμᾶσθαι, καίπερ ἐκ πολεμίας τε, καὶ μείζω ἢ κατὰ δά-

etiam quod in castris deserendis unicuique contingerent, quae nec spectari nec cogitari sine animi angore possent. Nam cum mortui essent insepulti, quoties quis aliquem necessariorum jacentem conspexisset, moerore simul et metu afficiebatur. Vivi vero, qui relinquebantur et vulnerati et aegroti, multo majorem moerorem quam mortui vivis afferebant, et *multo* miseriores quam defuncti *ipsis esse videbantur.* Nam ad preces et lamentationes conversi *caeteros* ad dubitationem adigebant, *utrum illis relictis abeundum, an cum illis remanendum,* quod *illos* orarent, ut se abducerent, et uniuscujusque fidem implorarent, sicubi quis aliquem aut sodalium aut familiarium animadvertisset, ac ex contubernalium jam abeuntium cervicibus penderent, et quousque possent *eos* insequerentur. Quod si quos corporis vires ante confectum iter defecissent, non sine multis obtestationibus ac ploratibus *ab aliis* deserebantur; adeo ut omnis exercitus, lacrymis repletus et hujusmodi dubitatione *retardatus,* non facile discedere posset, quamvis ex hostico *discedendum ipsis esset,* tum

jam vel majora passis quam quae lacrymis defleri possent, tum etiam futura metuentibus, ne quid *gravius* paterentur. Magnusque moeror, simul et magna eaque mutua inter ipsos incusatio erat. Nihil enim aliud quam expugnatae civitati, eique non parvae, quae profugeret, similes erant. Nam universa multitudo simul proficiscentium non erat infra numerum quadraginta millium. Horum autem cum caeteri omnes, quod quisque poterat, prout utile *ac necessarium ipsis* erat, tum etiam gravis armaturae milites, et equites, praeter consuetudinem, ipsi quoque sua etiam cibaria sub armis ferebant, alii quidem, propter servorum inopiam, alii vero, propter diffidentiam. Transfugerant enim et jampridem et tunc temporis plerique. Atque ne haec quidem, quae ferebant, *ipsis* sufficiebant. Nullus enim commeatus in castris amplius erat. Quinetiam caetera ignominia, et aequalis malorum portio, quae quoddam levamentum *alias* habet, quum multos habemus *socios*, tamen ne sic quidem tunc facilis videbatur: praesertim *cogitantibus* quanto ex splendore, et gloriae dignitate, qua initio

χρυα, τὰ μὲν πεπονθότας ἤδη, τὰ δὲ περὶ τῶν ἐν ἀφανεῖ δεδιότας μή τι πάθωσι. κατήφειά τέ τις ἅμα καὶ κατάμεμψις σφῶν αὐτῶν πολλὴ ἦν. ὐδὲν γὰρ ἄλλο ἢ πόλει ἐκπεπολιορκημένῃ ἐῴκεσαν ὑποφευγύσῃ, καὶ ταύτῃ ὐ σμικρᾷ. μυριάδες γὰρ τῦ ξύμπαντος ὄχλυ ὐκ ἐλάσσυς τεσσάρων ἅμα ἐπορεύοντο. καὶ τύτων οἵ τε ἄλλοι πάντες ἔφερον ὅ,τι τὶς ἐδύνατο, κατὰ τὸ χρήσιμον, καὶ οἱ ὁπλῖται καὶ οἱ ἱππεῖς, παρὰ τὸ εἰωθὸς, αὐτοί τε [καὶ] τὰ σφέτερα αὐτῶν σιτία, ὑπὸ τοῖς ὅπλοις, οἱ μὲν, ἀπορίᾳ ἀκολύθων, οἱ δὲ, ἀπιστίᾳ. ἀπηυτομολήκεσαν γὰρ πάλαι τε, καὶ οἱ πλεῖστοι παραχρῆμα. ἔφερον δὲ ὐδὲ ταῦτα ἱκανά. σῖτος γὰρ ὐκέτι ἐν τῷ στρατοπέδῳ. καὶ μὴν ἡ ἄλλη αἰκία, καὶ ἰσομοιρία τῶν κακῶν, ἔχυσά τινα ὅμως τὸ μετὰ πολλῶν κύφισιν, ὐδ᾽ ὣς ῥᾳδία ἐν τῷ παρόντι ἐδοξάζετο· ἄλλως τε καὶ ἀπὸ οἵας λαμπρότητος καὶ αὐχήμα-

τος τοῦ πρώτου ἐς οἵαν τελευτὴν καὶ ταπεινότητα ἀφῖκτο. μέγιστον γὰρ δὴ τὸ διάφορον τοῦτο τῷ Ἑλληνικῷ στρατεύματι ἐγένετο, οἷς ἀντὶ μὲν τοῦ ἄλλους δουλωσομένους ἥκειν, αὐτοὺς τοῦτο μᾶλλον δεδιότας μὴ πάθωσι ξυνέβη ἀπιέναι. ἀντὶ δ' εὐχῆς τε καὶ παιάνων, μεθ' ὧν ἐξέπλεον, πάλιν τούτων τοῖς ἐναντίοις ἐπιφημίσμασιν ἀφορμᾶσθαι· πεζοὺς δὲ ἀντὶ ναυβατῶν πορευομένους, καὶ ὁπλιτικῷ προσέχοντας μᾶλλον ἢ ναυτικῷ. ὅμως δὲ ὑπὸ μεγέθους τοῦ ἐπικρεμαμένου ἔτι κινδύνου πάντα ταῦτα αὐτοῖς οἰστὰ ἐφαίνετο.

ος'. Ὁρῶν δὲ ὁ Νικίας τὸ στράτευμα ἀθυμοῦν, καὶ ἐν μεγάλῃ μεταβολῇ ὄν, ἐπιπαριὼν, ὡς ἐκ τῶν ὑπαρχόντων ἐθάρσυνέ τε καὶ παρεμυθεῖτο, βοῇ τε χρώμενος ἔτι μᾶλλον ἑκάστοις καθ' οὓς γίγνοιτο, ὑπὸ προθυμίας, καὶ βουλόμενος ὡς ἐπιπλεῖστον γεγωνίσκων ὠφελεῖν,

praediti fuissent, in quem exitum, et *in quam* humilem fortunam devenissent. Haec enim rerum commutatio illi Graecorum exercitui maxima contigit. Qui enim *illuc* iverant, ut alios in servitutem redigerent, illis accidit, ut ipsi hoc potius metuentes, ne ab illis in servitutem redigerentur, abscederent: et pro votis laetisque carminibus, cum quibus ad hanc expeditionem profecti fuissent, rursus cum ominis mali vocibus, quae his erant contrariae, discederent; et ex nauticis facti pedestres iter facerent, animumque potius ad gravem armaturam, quam ad classem instruendam appellerent. Haec tamen omnia propter periculi adhuc impendentis magnitudinem ipsis ferenda videbantur.

76. Nicias autem cernens exercitum animo consternatum, et in magna *fortunae* commutatione constitutum, *ad singulos ordines* adiens, ut pro praesenti rerum statu *eos* confirmabat et consolabatur, et clamore longe majore *quam unquam ante* utebatur, ut ad quosque accedebat, tum propter animi studium *ac ardorem,* tum etiam quod suae vociferationis fructum quam longissime *per castra* manare cuperet.

77. ' VEL in praesenti rerum statu, A-
' thenienses ac socii, spem oportet habere.
' Jam *enim* nonnulli vel ex asperioribus *ma-*
' *lis*, quam sunt ista, incolumes evaserunt.
' neque supra modum vobismetipsis succen-
' sere vel propter clades, vel propter ae-
' rumnas, quae praeter dignitatem nunc
' premunt. Nam et ego, quamvis neque *cor-*
' *poris* viribus valentior sim, quam ullus de
' vobis, (vos enim ipsi jam videtis ut morbo
' sim affectus) neque felicitate cuiquam se-
' cundus *antea* fuisse videar, cum in privata
' vita, tum in caeteris rebus, nunc *tamen* in
' eodem periculo pendens versor, in quo vel
' abjectissimae conditionis homines versan-
' tur. Quanquam multa quidem ex patriis
' institutis ad pietatem Diis praestandam
' perpetuo feci; multis etiam pietatis offi-
' ciis, quae debent invidia carere, mortales
' sum prosequutus. Quare, *quamvis nostra*
' *fortuna prorsus afflicta videatur*, rerum
' tamen futurarum spes est audax; sed cla-
' des, quas nullo nostro merito accepimus,
' *nos* jam terrent. At fortasse cessabunt.
' Nam et satis feliciter cum hostibus est
' actum, et, si cui Deorum invisi bellum hoc
' suscepimus, satis poenarum jam dedimus.

οζ'. ‘ ΕΤΙ καὶ ἐκ τῶν παρόντων, ὦ
‘ Ἀθηναῖοι καὶ ξύμμαχοι, ἐλπίδα χρὴ ἔ-
‘ χειν. ἤδη τινὲς καὶ ἐκ δεινοτέρων ἢ τοιῶνδε
‘ ἐσώθησαν. μηδὲ καταμέμφεσθαι ὑμᾶς
‘ ἄγαν αὐτοὺς μήτε ταῖς ξυμφοραῖς, μήτε
‘ ταῖς παρὰ τὴν ἀξίαν νῦν κακοπαθείαις.
‘ κἀγώ τοι οὐδενὸς ὑμῶν οὔτε ῥώμῃ προφέ-
‘ ρων, (ἀλλ' ὁρᾶτε δὴ ὡς διάκειμαι ὑπὸ τῆς
‘ νόσου) οὔτ' εὐτυχίᾳ δοκῶν που ὕστερός του
‘ εἶναι κατὰ τὸν ἴδιον βίον, καὶ ἐς τὰ ἄλλα,
‘ νῦν ἐν τῷ αὐτῷ κινδύνῳ τοῖς φαυλο-
‘ τάτοις αἰωροῦμαι· καίτοι πολλὰ μὲν ἐς
‘ θεοὺς νόμιμα δεδιῄτημαι, πολλὰ δὲ ἐς
‘ ἀνθρώπους δίκαια καὶ ἀνεπίφθονα. ἀνθ'
‘ ὧν ἡ μὲν ἐλπὶς ὅμως θαρσεῖα τοῦ μέλ-
‘ λοντος, αἱ δὲ ξυμφοραὶ οὐ κατ' ἀξίαν
‘ δὴ φοβοῦσι· τάχα δ' ἂν καὶ λωφήσειαν.
‘ ἱκανὰ γὰρ τοῖς τε πολεμίοις εὐτύχη-
‘ ται, καὶ εἴ τῳ θεῶν ἐπίφθονοι ἐστρα-
‘ τεύσαμεν, ἀποχρώντως ἤδη τετιμωρή-
‘ μεθα. ἦλθον γάρ που καὶ ἄλλοι τινὲς

‘ ἤδη ἐφ’ ἑτέρους, καὶ ἀνθρώπεια δράσαν-
‘ τες, ἀνεκτὰ ἔπαθον. καὶ ἡμᾶς εἰκὸς
‘ νῦν τά τε ἀπὸ τοῦ θεοῦ ἐλπίζειν ἠπιώ-
‘ τερα ἕξειν. (οἴκτου γὰρ ἀπ’ αὐτῶν ἀξι-
‘ ώτεροι ἤδη ἐσμὲν ἢ φθόνου) καὶ ὁρῶντες
‘ ὑμᾶς αὐτοὺς, οἷοι ὁπλῖται ἅμα καὶ ὅσοι
‘ ξυντεταγμένοι χωρεῖτε, μὴ καταπε-
‘ πλῆχθε ἄγαν· λογίζεσθε δὲ ὅτι αὐτοί
‘ τε πόλις εὐθὺς ἐστὲ, ὅποι ἂν καθέζοισθε,
‘ καὶ ἄλλη οὐδεμία ὑμᾶς τῶν ἐν Σικελίᾳ
‘ οὔτ’ ἂν ἐπιόντας δέξαιτο ῥᾳδίως, οὐδ’ ἂν
‘ ἱδρυθέντας που ἐξαναστήσειε. τὴν δὲ πο-
‘ ρείαν ὥστ’ ἀσφαλῆ καὶ εὔτακτον εἶναι,
‘ αὐτοὶ φυλάξατε, μὴ ἄλλο τι ἡγησά-
‘ μενος ἕκαστος, ἢ, ἐν ᾧ ἀναγκασθῇ χωρίῳ
‘ μάχεσθαι, τοῦτο δὲ πατρίδα καὶ τεῖ-
‘ χος κρατήσας ἕξειν. σπουδὴ δὲ ὁμοίως
‘ καὶ νύκτα καὶ ἡμέραν ἔσται τῆς ὁδοῦ. τὰ
‘ γὰρ ἐπιτήδεια, βραχέα ἔχομεν· καὶ ἢν
‘ ἀντιλαβώμεθα τοῦ φιλίου χωρίου τῶν
‘ Σικελῶν, (οὗτοι γὰρ ἡμῖν διὰ τὸ Συρα-

'Etenim et alii nonnulli jam bellum aliis 'intulerunt, qui cum humanitus peccassent, 'poenas tamen tolerabiles dederunt. Quam-'obrem verisimile videtur, nos quoque nunc 'debere sperare, Deum mitius nobiscum 'esse acturum. (Jam enim ipsorum *Deorum* 'misericordia quam odio sumus digniores) 'et *convenit vos*, cum videatis vos ipsos, 'quales et qui gravis armaturae milites acie 'instructa pergitis, animis non nimis con-'sternari. Quinetiam illud cogitate, vos ip-'sos, ubicunque consederitis, ibi protinus '*vobis ipsis* esse civitatem; et fore, ut nulla 'alia Siciliensis *civitas* aut vestrum, si *eam* 'invadatis, impetum facile sustineat, aut si 'sedes alicubi fixeritis, expellat. Iter au-'tem ut tuto et servatis ordinibus fiat, ope-'ram vos ipsi caute dabitis, nihil aliud unus-'quisque secum ipse reputans, nisi, quocun-'que in loco pugnare coactus fuerit, hunc, 'si victoria potiatur, et patriam et urbem 'sibi futurum. Iter autem et noctu et in-'terdiu pariter magna festinatione facien-'dum erit. Exiguos enim commeatus ha-'bemus. Et si quod amicum oppidum Sicu-'lorum nacti fuerimus, (isti enim propter

'Syracusanorum metum adhuc erga nos in 'fide constanter perstant) jam vero existi- 'mate vos in loco tuto esse. Ad eos vero '*nuntium* praemittite, qui jubeat *eos nobis* 'obviam venire, et alios commeatus affer- 're. In summa *hoc* sciatis, milites, necessa- 'rium esse vobis, viris esse fortibus, quod 'nullus sit locus propinquus, quo, si ignave 'vos gesseritis, salvi pervenire possitis; et, 'si nunc hostes devitaritis, caeteros quidem '*de vobis* ea consequaturos, quae revisere 'concupiscitis; Athenienses vero magnam '*vestrae* civitatis potentiam, etsi collapsam, 'erecturos. Viri enim *sunt* civitas, non au- 'tem moenia, neque naves viris vacuae.'

78. His Nicias exercitum cohortans simul adibat, et sicubi disjunctum nec ordine servato procedentem videbat, cogebat et in ordinem redigebat. Demosthenes vero nihilo minus eadem aut *his* similia apud suos dicebat. Et Niciae quidem copiae agmine quadrato ibant; Demosthenis vero *copiae*

' κυαίων δέος ἔτι βέβαιοί εἰσι) ἤδη νομί-
' ζετε ἐν τῷ ἐχυρῷ εἶναι. προπέμπετε
' δ' ὡς αὐτοὺς, καὶ ἀπαντᾷν, εἰρημένον,
' καὶ σιτία ἄλλα κομίζειν. τὸ δὲ ξύμ-
' παν, γνῶτε, ὦ ἄνδρες στρατιῶται, ἀναγ-
' καῖόν τε ὂν ὑμῖν ἀνδράσιν ἀγαθοῖς γίγνε-
' σθαι, ὡς μὴ ὄντος χωρίου ἐγγὺς ὅποι
' ἂν μαλακισθέντες σωθείητε, καὶ ἢν νῦν
' διαφύγητε τοὺς πολεμίους, οἵ τε ἄλλοι
' τευξόμενοι ὧν ἐπιθυμεῖτέ που ἐπιδεῖν,
' καὶ οἱ Ἀθηναῖοι τὴν μεγάλην δύναμιν
' τῆς πόλεως, καίπερ πεπτωκυῖαν, ἐπα-
' νορθώσοντες. ἄνδρες γὰρ πόλις, καὶ οὐ
' τείχη, οὐδὲ νῆες ἀνδρῶν κεναί.'

οή. Ὁ μὲν Νικίας, τοιάδε παρακελευό-
μενος ἅμα ἐπήει τὸ στράτευμα, καὶ εἴπη M. 104.2
ὁρῴη διεσπασμένον καὶ μὴ ἐν τάξει χωροῦν,
ξυνάγων καὶ καθιστάς· καὶ ὁ Δημοσθένης,
οὐδὲν ἧσσον τοῖς καθ' ἑαυτὸν τοιαῦτά τε
καὶ παραπλήσια λέγων. τὸ δὲ ἐχώρει ἐν
πλαισίῳ τεταγμένον τοῦ Νικίου, ἐφεπόμε-

νον δὲ, τὸ Δημοσθένους· τοὺς δὲ σκευοφόρους καὶ τὸν πλεῖστον ὄχλον ἐντὸς εἶχον οἱ ὁπλῖται. καὶ ἐπειδή τε ἐγένοντο ἐπὶ τῇ διαβάσει τοῦ Ανάπου ποταμοῦ, εὗρον ἐπ' αὐτῷ παρατεταγμένους τῶν Συρακουσίων καὶ ξυμμάχων, καὶ τρεψάμενοι αὐτοὺς καὶ κρατήσαντες τοῦ πόρου, ἐχώρουν ἐς τὸ πρόσθεν. οἱ δὲ Συρακούσιοι, παριππεύοντές τε προσέκειντο, καὶ ἐσακοντίζοντες οἱ ψιλοί. καὶ ταύτῃ μὲν τῇ ἡμέρᾳ προελθόντες σταδίους ὡς τεσσαράκοντα, ηὐλίσαντο πρὸς λόφῳ τινὶ οἱ Αθηναῖοι· τῇ δ' ὑστεραίᾳ πρωῒ ἐπορεύοντο, καὶ προῆλθον ὡς εἴκοσι σταδίους. καὶ κατέβησαν ἐς χωρίον ἄπεδόν τι, καὶ αὐτοῦ ἐστρατοπεδεύσαντο, βουλόμενοι ἔκ τε τῶν οἰκιῶν λαβεῖν τι ἐδώδιμον (ᾠκεῖτο γὰρ ὁ χῶρος) καὶ ὕδωρ μετὰ σφῶν αὐτῶν φέρεσθαι αὐτόθεν. ἐν γὰρ τῷ πρόσθεν ἐπὶ πολλὰ στάδια ᾗ ἔμελλον ἰέναι, οὐκ ἄφθονον ἦν. οἱ δὲ Συρακούσιοι ἐν τούτῳ προελθόντες, τὴν δίοδον τὴν ἐν τῷ πρόσθεν ἀπετείχιζον. ἦν δὲ λόφος

ſequebantur. Lixas vero et plurimam turbam gravis armaturae milites intra *medium ſuum agmen* receperunt. Poſtquam autem ad Anapi fluminis transitum pervenerunt, Syracuſanorum ac ſociorum manum illic inſtructam invenerunt; quibus fugatis, et transitu in ſuam poteſtatem redacto, ultra proceſſerunt. Et Syracuſanorum equites obequitantes *illis* inſtabant, et levis armaturae milites jaculis *eos* inceſſebant. Atque hac quidem die Athenienſes, ſtadia circiter quadraginta progreſſi, caſtris ad quendam collem poſitis pernoctarunt. Poſtridie vero, diluculo iter ingreſſi ſunt, et viginti circiter ſtadia proceſſerunt: et in quendam campeſtrem locum deſcenderunt, ibique caſtra poſuerunt, tum quod aliquid cibariorum ſumere ex domibus illis (is enim locus habitabatur) tum etiam quod aquam ſecum illinc afferre vellent. Nam ultra locum illum, ad multa ſtadia, qua transituri erant, non erat magna *aquae* copia. Interea vero Syracuſani progreſſi, transitum ulteriorem muro cinxerunt. Erat autem collis natura muni-

tus, et ab utraque ejus parte *erat* torrentis alveus rupibus praeceps. Vocabatur autem Acraeum lepas. Poſtridie vero Athenienſes progredi coeperunt, et Syracuſanorum ac ſociorum equites et jaculatores, qui utrique multi erant, ipſos *progredi* prohibebant, et jaculis inceſſebant et obequitantes infeſtabant. Et diu quidem Athenienſes pugnarunt, tandem vero in eadem caſtra rurſus ſe receperunt. Sed commeatus non aeque *ac prius* amplius habebant. Nam propter *hoſtium* equitatum non poterant amplius *illinc* recedere.

79. Mane tamen motis caſtris, rurſus ire perrexerunt; et ad collem muro cinctum, per vim pervenire tentarunt: et ante ſuas copias invenerunt pedeſtrem *hoſtium* exercitum, qui ſupra *collis* munitionem inſtructus ſtabat, acie non paucorum ſcutatorum in longitudinem exporrecta. Is enim locus erat arctus. Athenienſes autem munitionem aggreſſi oppugnare coeperunt: ſed quum telis ex colle, qui erat acclivis, a multis peterentur (qui enim ex ſuperiore loco facilius pertingebant) nec *eo* poſſent perrumpe-

καρτερὸς, καὶ ἑκατέρωθεν αὐτοῦ χαράδρα κρημνώδης· ἐκαλεῖτο δὲ Ἀκραῖον λέπας. τῇ δ᾽ ὑστεραίᾳ οἱ Ἀθηναῖοι προήεσαν, καὶ οἱ τῶν Συρακουσίων καὶ ξυμμάχων αὐτοὺς ἱππεῖς καὶ ἀκοντισταὶ ὄντες πολλοὶ ἑκάτεροι ἐκώλυον, καὶ ἐσηκόντιζόν τε καὶ παρίππευον. καὶ χρόνον μὲν πολὺν ἐμάχοντο οἱ Ἀθηναῖοι, ἔπειτα ἀνεχώρησαν πάλιν ἐς τὸ αὐτὸ στρατόπεδον, καὶ τὰ ἐπιτήδεια οὐκέτι ὁμοίως εἶχον. οὐ γὰρ ἔτι ἀποχωρεῖν οἷόν τ᾽ ἦν ἀπὸ τῶν ἱππέων.

οθʹ. Πρωῒ δὲ ἄραντες, ἐπορεύοντο αὖθις, καὶ ἐβιάσαντο πρὸς τὸν λόφον ἐλθεῖν τὸν ἀποτετειχισμένον. καὶ εὗρον πρὸ ἑαυτῶν ὑπὲρ τοῦ ἀποτειχίσματος τὴν πεζὴν στρατιὰν παρατεταγμένην οὐκ ἐπ᾽ ὀλίγων ἀσπίδων. στενὸν γὰρ ἦν τὸ χωρίον. καὶ προσβαλόντες οἱ Ἀθηναῖοι ἐτειχομάχουν, καὶ βαλλόμενοι ὑπὸ πολλῶν ἀπὸ τοῦ λόφου ἐπάντους ὄντος, (διικνοῦντο γὰρ ῥᾷον οἱ ἄνωθεν) καὶ οὐ δυνάμενοι βιάσασθαι, ἀνεχώ-

ρουν πάλιν, καὶ ἀνεπαύοντο. ἔτυχον δὲ καὶ βρονταί τινες ἅμα γενόμεναι, καὶ ὕδωρ, οἷα τοῦ ἔτους πρὸς μετόπωρον ἤδη ὄντος φιλεῖ γίγνεσθαι. ἀφ' ὧν οἱ Ἀθηναῖοι μᾶλλον ἔτι ἠθύμουν, καὶ ἐνόμιζον ἐπὶ τῷ σφετέρῳ ὀλέθρῳ καὶ ταῦτα πάντα γίγνεσθαι. ἀναπαυομένων δὲ αὐτῶν, ὁ Γύλιππος καὶ οἱ Συρακούσιοι πέμπουσι μέρος τι τῆς στρατιᾶς, ἀποτειχιοῦντας ἐκ τοῦ ὄπισθεν αὐτοὺς ᾗ προεληλύθεσαν. ἀντιπέμψαντες δὲ κἀκεῖνοι σφῶν αὐτῶν τινάς, διεκώλυσαν. καὶ μετὰ ταῦτα πάσῃ τῇ στρατιᾷ ἀναχωρήσαντες πρὸς τὸ πεδίον μᾶλλον οἱ Ἀθηναῖοι,
5 ηὐλίσαντο· τῇ δ' ὑστεραίᾳ προὐχώρουν. καὶ οἱ Συρακούσιοι προσέβαλλόν τε πανταχῇ αὐτοῖς κύκλῳ, καὶ πολλοὺς κατετραυμάτιζον. καὶ εἰ μὲν ἐπίοιεν οἱ Ἀθηναῖοι, ὑπεχώρουν. εἰ δ' ἀναχωροῖεν, ἐπέκειντο, καὶ μάλιστα τοῖς ὑστάτοις προσπίπτοντες, εἴπως κατὰ βραχὺ τρεψάμενοι, πᾶν τὸ στράτευμα φοβήσειαν. καὶ ἐπιπολὺ μὲν

re, retro se receperunt, atque quieverunt. Quinetiam casu quaedam tonitrua simul et imbres *tunc* exstiterunt, ut anni tempore, quod ad Autumnum jam accedebat, fieri solet. Quamobrem Athenienses longe vehementius animos abjicere coeperunt, quod haec etiam omnia in suum exitium fieri putarent. Ipsis autem quiescentibus, Gylippus et Syracusani partem quandam copiarum miserunt, quae ipsos muro intercluderent, a tergo, qua venerant. Sed cum ipsi quoque vicissim quosdam de suis misissent, *hoc fieri* prohibuerunt. Postea vero Athenienses propius planitiem reversi, *castris ibi positis* pernoctarunt: postridie vero progredi coeperunt. Ipsos autem Syracusani undique circumfusi adoriebantur, multosque sauciabant. Et quoties Athenienses impressionem *in eos* faciebant, ipsi se subducebant: quoties vero recedebant, *illis* instabant, praecipue vero novissimum agmen carpentes, si forte *ea parte* paulatim in fugam versa, reliquum exercitum perterrefacerent. Et diu Athenien-

ses hoc modo *Syracusanis* restiterunt; deinde, quinque sexve stadia progressi, in planitie conquieverunt. Syracusani quoque ab illis digressi in sua castra redierunt.

80. Noctu vero Niciae et Demostheni placuit, (quoniam ipsorum exercitus male se habebat, cum ob omnis commeatus inopiam, qua jam premebatur, tum ob multitudinem eorum, qui in multis incursionibus ab hoste factis vulnerati fuerant,) quam plurimis ignibus accensis abducere copias, non tamen amplius eadem via, qua constituerant, sed alia ei contraria, quam Syracusani servabant, mare versus. Totum autem hoc iter, quod exercitus faciebat, non ad Catanam ducebat; sed in aliam Siciliae partem, Camarinam versus et Gelam, aliasque tum Graecas tum barbaras urbes, in illa *Siciliae* parte sitas. Accensis igitur multis ignibus, per noctem proficisci coeperunt. Sed (ut vel in omnibus, praecipue vero maximis exerci-

τούτῳ τρόπῳ ἀντεῖχον οἱ Ἀθηναῖοι· ἔπειτα προελθόντες πέντε ἢ ἓξ ςαδίους, ἀνεπαύοντο ἐν τῷ πεδίῳ. ἀνεχώρησαν δὲ καὶ οἱ Συρακούσιοι ἀπ' αὐτῶν ἐς τὸ ἑαυτῶν ςρατόπεδον.

π'. Τῆς δὲ νυκτὸς τῷ Νικίᾳ καὶ Δημοσθένει ἐδόκει, ἐπειδὴ κακῶς σφίσι τὸ ςράτευμα εἶχε, τῶν τε ἐπιτηδείων πάντων ἀπορία ἤδη, καὶ κατατετραυματισμένοι ἦσαν πολλοὶ, ἐν πολλαῖς προσβολαῖς τῶν πολεμίων γεγενημέναις, πυρὰ καύσαντες ὡς πλεῖςα ἀπάγειν τὴν ςρατιὰν, μηκέτι τὴν αὐτὴν ὁδὸν ᾗ διενοήθησαν, ἀλλὰ τοὐναντίον ἢ οἱ Συρακούσιοι ἐτήρουν, πρὸς τὴν θάλασσαν. ἦν δὲ ἡ ξύμπασα ὁδὸς αὕτη οὐκ ἐπὶ Κατάνης τῷ ςρατεύματι, ἀλλὰ κατὰ τὸ ἕτερον μέρος τῆς Σικελίας, τὸ πρὸς Καμαρίναν καὶ Γέλαν, καὶ τὰς ταύτῃ πόλεις καὶ Ἑλληνίδας καὶ βαρβάρους. καύσαντες οὖν πυρὰ πολλὰ, ἐχώρουν ἐν τῇ νυκτί. καὶ αὐτοῖς (οἷον φιλεῖ καὶ πᾶσι ςρατοπέδοις, μά-

λιστα δὲ τοῖς μεγίστοις, φόβοι καὶ δείματα ἐγγίγνεσθαι, ἄλλως τε καὶ ἐν νυκτί τε καὶ διὰ πολεμίας, καὶ ἀπὸ πολεμίων οὐ πολὺ ἀπεχόντων ἰοῦσιν) ἐμπίπτει ταραχή. καὶ τὸ μὲν Νικίου στράτευμα, ὥσπερ ἡγεῖτο, ξυνέμενέ τε καὶ προὔλαβε πολλῷ· τὸ δὲ Δημοσθένους, τὸ ἥμισυ μάλιστα καὶ τὰ πλέον ἀπεσπάσθη τε, καὶ ἀτακτότερον ἐχώρει. ἅμα
6 δὲ τῇ ἕῳ ἀφικνοῦνται ὅμως πρὸς τὴν θάλασσαν, καὶ ἐσβάντες ἐς τὴν ὁδὸν τὴν Ἑλωρινὴν καλουμένην, ἐπορεύοντο, ὅπως ἐπειδὴ γένοιντο παρὰ τῷ ποταμῷ τῷ Κακυπάρει, παρὰ τὸν ποταμὸν ἴοιεν ἄνω διὰ μεσογείας. ἤλπιζον γὰρ καὶ τοὺς Σικελοὺς ταύτῃ, οὓς μετέπεμψαν, ἀπαντήσεσθαι. ἐπεὶ δ' ἐγένοντο ἐπὶ τῷ ποταμῷ, εὗρον καὶ ἐνταῦθα φυλακήν τινα τῶν Συρακουσίων ἀποτειχίζουσαν καὶ ἀποσταυροῦσαν τὸν πόρον. καὶ βιασάμενοι αὐτὴν, διέβησάν τε τὸν ποταμὸν, καὶ ἐχώρουν αὖθις πρὸς ἄλλον ποταμὸν τὸν Ἐρινεόν. ταύτῃ γὰρ οἱ ἡγεμόνες ἐκέλευον.

tibus, praesertim et noctu et per hosticum, et hoste non procul *ab ipsis* distante, iter facientibus, metus et pavor excitari solet) ipsos incessit trepidatio. Et Niciae quidem copiae, quemadmodum praeibant, sic etiam simul perstiterunt, longeque praecesserunt. At Demosthenicarum copiarum dimidia fere atque adeo major pars distracta est, et ordinibus non servatis pergebat. Prima autem luce, tamen ad mare pervenerunt, et viam nomine Helorinam ingressi, ire pergebant, ut cum ad Cacyparim fluvium devenissent, secundum ipsum fluvium per mediterranea in superiora loca se conferrent. Sperabant enim hac etiam Siculos, quos accersissent, obviam sibi venturos. Sed cum ad fluvium venissent, hic quoque quoddam Syracusanorum praesidium invenerunt, quod muris valloque transitum praecludebat: sed eo *praesidio* per vim *illinc* depulso, fluvium illum trajecerunt, et rursus ad alium fluvium nomine Erineum contenderunt. Hac enim duces *iter fieri* jusserant.

81. Interea vero Syracusani ac socii, ubi dies illuxit, et Athenienses abisse cognoverunt, plerique Gylippum insimulabant, quod Athenienses sciens prudensque dimisisset. Quare celeriter persequentes, qua progressos non difficile norant, sub horam prandii *eos* adipiscuntur. Cum autem assequuti fuissent Demosthenis milites, qui postremi erant, et tarde et incomposite iter faciebant, quod noctu tunc perturbati fuissent, confestim *eos* aggressi pugnare coeperunt. Syracusanorum autem equitatus ipsos facilius circumdedit, et in exiguum loci spatium contraxit, quod tunc essent separati. Nam Niciae exercitus ulterius progressus distabat *illinc* centum et quinquaginta stadia. Nicias enim *agmen* ocius ducebat, quod existimaret, minime salutare esse in hujusmodi tempore cunctari ultro et dimicare, sed quam celerrime sese recipere, ita ut *milites* eatenus pugnarent quatenus cogerentur. Demosthenes vero multiplici,

πα΄. Ἐν τούτῳ δ᾽ οἱ Συρακούσιοι καὶ οἱ ξύμμαχοι, ὡς ἥ τε ἡμέρα ἐγένετο, καὶ ἔγνωσαν τοὺς Ἀθηναίους ἀπεληλυθότας, ἐν αἰτίᾳ τε οἱ πολλοὶ τὸν Γύλιππον εἶχον, ἑκόντα ἀφεῖναι τοὺς Ἀθηναίους· καὶ κατὰ τάχος διώκοντες, ᾗ οὐ χαλεπῶς ᾐσθάνοντο κεχωρηκότας, καταλαμβάνουσι περὶ ἀρίστου ὥραν. καὶ ὡς προσέμιξαν τοῖς μετὰ τοῦ Δημοσθένους, ὑστέροις τε οὖσι, καὶ σχολαίτερον καὶ ἀτακτότερον χωροῦσιν, ὡς τῆς νυκτὸς τότε ξυνεταράχθησαν, εὐθὺς προσπεσόντες ἐμάχοντο. καὶ οἱ ἱππεῖς τῶν Συρακουσίων ἐκυκλοῦντό τε ῥᾷον αὐτοὺς, δίχα δὴ ὄντας, καὶ ξυνῆγον ἐς ταυτό. τὸ δὲ Νικίου στράτευμα ἀπεῖχεν ἐν τῷ πρόσθεν ἑκατὸν καὶ πεντήκοντα σταδίους. θᾶσσόν τε γὰρ ὁ Νικίας ἦγε, νομίζων οὐ τὸ ὑπομένειν ἐν τῷ τοιούτῳ ἑκόντας εἶναι, καὶ μάχεσθαι, σωτηρίαν, ἀλλὰ τὸ ὡς τάχιστα ὑποχωρεῖν, τοσαῦτα μαχομένους ὅσα ἀναγκάζονται. ὁ δὲ Δημοσθένης ἐτύγχανέ τε τὰ πλείω ἐν

πόνῳ τε ξυνεχεστέρῳ ὢν, διὰ τὸ ὕστερῳ ἀναχωροῦντι αὐτῷ ἐπικεῖσθαι τοὺς πολεμίους. καὶ τότε γνοὺς τοὺς Συρακουσίους διώκοντας, οὐ προὐχώρει μᾶλλον ἢ ἐς μάχην ξυνετάσσετο, ἕως ἐνδιατρίβων κυκλοῦταί τε ὑπ' αὐτῶν, καὶ πολλῷ θορύβῳ αὐτός τε καὶ οἱ μετ' αὐτοῦ Ἀθηναῖοι ἦσαν. ἀνειληθέντες γὰρ ἔς τι χωρίον, ᾧ κύκλῳ μὲν τειχίον περιῆν, (ὁδὸς δὲ ἔνθεν τε καὶ ἔνθεν,) ἐλαίας δέ οὐκ ὀλίγας εἶχεν, ἐβάλλοντό τε περισταδόν. τοιαύταις δὲ προσβολαῖς, καὶ οὐ ξυσταδὸν μάχαις, οἱ Συρακούσιοι εἰκότως ἐχρῶντο. τὸ γὰρ ἀποκινδυνεύειν πρὸς ἀνθρώπους ἀπονενοημένους, οὐ πρὸς ἐκείνων μᾶλλον ἦν ἔτι ἢ πρὸς τῶν Ἀθηναίων. καὶ ἅμα φειδώ τε τὶς ἐγένετο ἐπ' εὐπραγίᾳ ἤδη σαφεῖ μὴ προαναλωθῆναί τῳ, καὶ ἐνόμιζον καὶ ὡς ταύτῃ τῇ ἰδέᾳ καταδαμασάμενοι λήψεσθαι αὐτούς.

πϐ΄. Ἐπειδὴ γοῦν δι' ἡμέρας βάλλοντες πανταχόθεν, τοὺς Ἀθηναίους καὶ ξυμμά-

eoque assiduo labore, magis ac magis premebatur, quod ipsum posterius digressum, hostes priores urgerent. Cum autem tunc Syracusanos insequentes animadvertisset, non tam progrediebatur, quam ad proelium aciem instruebat, donec cunctatus ab ipsis est circumventus, et cum ipse, tum Athenienses, qui cum ipso erant, in magna perturbatione sunt constituti. Nam conclusi intra quendam locum, qui muro circumdatus erat, et viam hinc et inde, et non paucas oleas habebat, missilibus undique petebantur. Hujusmodi autem assultibus, non autem stataria pugna, haud abs re Syracusani utebantur. Nam adversus homines desperatos periculum subire, non amplius tam e re illorum quam Atheniensium erat. Simul etiam *Syracusani* nonnihil sibi parcebant, propter manifestum rei feliciter gestae successum, quem jam adepti erant, ne prius, *quam hostes debellassent*, aliqua *ratione ipsi ab illis* absumerentur; et existimabant, vel sic, hoc ipso *pugnae* genere illos, a se perdomitos, captum iri.

82. Cum igitur Gylippus et Syracusani sociique totum diem undique telis *hostem*

petentes, animadvertissent Athenienses sociosque vulneribus ac aliis aerumnis graviter afflictos, per praeconis vocem edixerunt, primum quidem, si quis ex insularum incolis ad se transire vellet, ea conditione, ut liber esset. Quaedam autem, non multae tamen, civitates *ad ipsos* transierunt. Postea vero et cum caeteris omnibus, qui cum Demosthene erant, compositio facta est ea lege, ut arma traderent, et *eorum* nullus mortem obiret aut violentam, aut in vinculis, aut inopia rerum ad victum necessariarum. Universi autem, qui se ipsos dediderunt, erant numero sex *hominum* millia, omnemque pecuniam, quam habebant, deposuerant, *eam* in supina scuta conjicientes, et quatuor scuta repleverunt. Atque hos quidem *Syracusani* confestim in urbem abduxerunt. Nicias vero ejusque milites eodem die ad fluvium Erineum pervenerunt, eoque trajecto, in edito quodam loco copias *et castra* collocavit.

83. Postridie vero Syracusani eum ad-

χους ἑώρων ἤδη τεταλαιπωρημένους τοῖς τε τραύμασι καὶ τῇ ἄλλῃ κακώσει, κήρυγμα ποιοῦνται Γύλιππος καὶ Συρακούσιοι καὶ οἱ ξύμμαχοι, πρῶτον μὲν τῶν νησιωτῶν εἴτις βούλεται ἐπ᾽ ἐλευθερίᾳ ὡς σφᾶς ἀπιέναι. καὶ ἀπεχώρησαν τινὲς πόλεις οὐ πολλαί. ἔπειτα δ᾽ ὕστερον καὶ πρὸς τοὺς ἄλλους ἅπαντας τοὺς μετὰ Δημοσθένους ὁμολογία γίγνεται, ὥστε ὅπλα τε παραδοῦναι, καὶ μὴ ἀποθανεῖν μηδένα, μήτε βιαίως, μήτε δεσμοῖς, μήτε τῆς ἀναγκαιοτάτης ἐνδείᾳ διαίτης. καὶ παρέδοσαν οἱ πάντες σφᾶς αὐτοὺς ἑξακισχίλιοι, καὶ τὸ ἀργύριον ὃ εἶχον ἅπαν κατέθεσαν, ἐσβαλόντες ἐς ἀσπίδας ὑπτίας, καὶ ἐνέπλησαν ἀσπίδας τέσσαρας. καὶ τούτους μὲν εὐθὺς ἀπεκόμισαν ἐς τὴν πόλιν· Νικίας δὲ καὶ οἱ μετ᾽ αὐτοῦ ἀφικνοῦνται αὐτῇ τῇ ἡμέρᾳ ἐπὶ τὸν ποταμὸν τὸν Ερινεὸν, καὶ διαβὰς πρὸς μετέωρόν τι ἐκάθισε τὴν στρατιάν.

πγ΄. Οἱ δὲ Συρακούσιοι τῇ ὑστεραίᾳ κα-

ταλαβόντες αὐτὸν, ἔλεγον. ὅτι οἱ μετὰ Δημοσθένους παραδεδώκοιεν σφᾶς αὐτοὺς, κελεύοντες κἀκεῖνον τὸ αὐτὸ δρᾶν. ὁ δ' ἀπιστῶν σπένδεται ἱππέα πέμψαι σκεψόμενον. ὡς δ' οἰχόμενος ἀπήγγειλε πάλιν παραδεδωκότας, ἐπικηρυκεύεται Γυλίππῳ καὶ Συρακουσίοις εἶναι ἕτοιμος ὑπὲρ Ἀθηναίων ξυμβῆναι, ὅσα ἀνάλωσαν χρήματα Συρακούσιοι ἐς τὸν πόλεμον, ταῦτα ἀποδοῦναι, ὥστε τὴν μετ' αὐτοῦ στρατιὰν ἀφεῖναι αὐτούς. μέχρις οὗ δ' ἂν τὰ χρήματα ἀποδοθῇ, ἄνδρας δώσειν Ἀθηναίων ὁμήρους, ἕνα κατὰ τάλαντον. οἱ δὲ Συρακούσιοι καὶ Γύλιππος οὐ προσεδέχοντο τοὺς λόγους, ἀλλὰ προσπεσόντες, καὶ περιστάντες πανταχόθεν, ἔβαλλον καὶ τούτους μέχρι ὀψέ. εἶχον δὲ καὶ οὗτοι πονήρως σίτου τε καὶ τῶν ἄλλων ἐπιτηδείων ἀπορίᾳ. ὅμως δὲ τῆς νυκτὸς φυλάξαντες τὸ ἡσυχάζον ἔμελλον πορεύσεσθαι. καὶ ἀναλαμβάνουσί τε τὰ ὅπλα, καὶ οἱ Συρακούσιοι αἰσθάνον-

epti, dixerunt Demosthenis milites sese dedidisse, et ipsum quoque idem facere jusserunt. Ille vero, quod his fidem non haberet, induciis *cum hoste* factis equitem misit, qui *rem* exploraret. Cum autem *eques* reversus renuntiasset dedidisse, *Nicias* per caduceatorem Gylippo Syracusanisque respondit, se paratum esse ad transigendum pro Atheniensibus, ut, quos sumtus in bellum Syracusani fecissent, hos restitueret, ea conditione, ut ipsi *seipsum et* suum exercitum dimitterent. Donec autem pecunia persolveretur, se daturum obsides ex Atheniensibus, singulis talentis in singula obsidum capita taxatis. At Syracusani et Gylippus has conditiones non acceperunt, sed impressione *in eos* facta, et undique circumstantes, hos etiam ad vesperum usque telis petierunt. Ob commeatus autem et rerum aliarum inopiam hi quoque male se habebant. Sed tamen, observato noctis silentio, discedere statuerant. Quamobrem arma sumserunt: sed Syracusani *hoc* senserunt, et ad

arma conclamarunt. Athenienses vero, cum cognovissent se non latere *hostem*, rursus *arma* deposuerunt, exceptis fere trecentis. Isti enim per *media Syracusanorum* praesidia perrumpentes, per noctem contenderunt, qua potuerunt.

84. Nicias vero, cum dies illuxisset, exercitum abducere coepit. Syracusani vero et socii urgebant eodem modo, *quo pridie*, telis et jaculis undique petentes. Sed Athenienses properabant ad flumen Assinarum, simul quidem quod undique graviter urgerentur *assiduis* multorum equitum ac alius multitudinis incursionibus, quod aliquo modo melius secum actum iri putarent, si flumen illud trajecissent: simul etiam lassitudine bibendique desiderio. Cum autem ad ipsum pervenissent, nullo jam ordine *in ipsum* irrumpunt, sed unusquisque primus *id* transire cupiens. At hostes *illis* instantes transitum jam difficilem reddebant. Quod enim iter conferti facere cogerentur, alii super alios cadebant, et *alii alios* concalca-

ται, καὶ ἐπαιώνισαν. γνόντες δὲ οἱ Ἀθηναῖοι ὅτι ȣ̓ λανθάνȣσι, κατέθεντο πάλιν, πλὴν τριακοσίων μάλιϛα ἀνδρῶν. ȣ̔̃τοι δὲ διὰ τῶν φυλάκων βιασάμενοι, ἐχώρȣν τῆς νυκτὸς ᾗ ἐδύναντο.

πδ'. Νικίας δὲ, ἐπειδὴ ἡμέρα ἐγένετο, ἦγε τὴν ϛρατιάν· οἱ δὲ Συρακȣ́σιοι καὶ οἱ ξύμμαχοι προσέκειντο τὸν αὐτὸν τρόπον πανταχόθεν βάλλοντές τε ϗ̀ κατακοντίζοντες. ϗ̀ οἱ Ἀθηναῖοι ἠπείγοντο πρὸς τὸν Ασίναρον ποταμὸν, ἅμα μὲν βιαζόμενοι ὑπὸ τῆς πανταχόθεν προσβολῆς ἱππέων τε πολλῶν καὶ τȣ̃ ἄλλȣ ὄχλȣ, οἰόμενοι ῥᾷόν τι σφίσιν ἔσεσθαι ἢν διαβῶσι τὸν ποταμόν· ἅμα δὲ ὑπὸ τῆς ταλαιπωρίας, ϗ̀ τȣ̃ πιεῖν ἐπιθυμίᾳ. ὡς δὲ γίγνονται ἐπ' αὐτῷ, ἐσπίπτȣσιν ȣ̓δενὶ κόσμῳ ἔτι, ἀλλὰ πᾶς τε τὶς διαβῆναι πρῶτος βȣλόμενος. καὶ οἱ πολέμιοι ἐπικείμενοι χαλεπὴν ἤδη τὴν διάβασιν ἐποίȣν. ἀθρόοι γὰρ ἀναγκαζόμενοι χωρεῖν, ἐπέπιπτόν τε ἀλλήλοις,

καὶ κατεπάτουν, περί τε τοῖς δορατίοις καὶ σκεύεσιν οἱ μὲν εὐθὺς διεφθείροντο, οἱ δὲ, ἐμπαλασσόμενοι κατέῤῥεον. ἐς τὰ ἐπὶ θάτερά τε τοῦ ποταμοῦ παραστάντες οἱ Συρακούσιοι (ἦν δὲ κρημνῶδες) ἔβαλλον ἄνωθεν τοὺς Ἀθηναίους, πινοντάς τε τοὺς πολλοὺς ἀσμένους, καὶ ἐν κοίλῳ ὄντι τῷ ποταμῷ ἐν σφίσιν αὐτοῖς ταρασσομένους. οἵ τε Πελοποννήσιοι ἐπικαταβάντες τοὺς ἐν τῷ ποταμῷ μάλιστα ἔσφαζον. καὶ τὸ ὕδωρ εὐθὺς διέφθαρτο· ἀλλ᾽ οὐδὲν ἧσσον ἐπίνετό τε ὁμοῦ τῷ πηλῷ ᾑματωμένον, καὶ περιμάχητον ἦν τοῖς πολλοῖς.

πέ. Τέλος δὲ, νεκρῶν τε πολλῶν ἐπ᾽ ἀλλήλοις ἤδη κειμένων ἐν τῷ ποταμῷ, καὶ διεφθαρμένου τοῦ στρατεύματος, τοῦ μὲν, κατὰ τὸν ποταμὸν, τοῦ δὲ, καὶ εἴ τι διαφύγοι, ὑπὸ τῶν ἱππέων, ὁ Νικίας Γυλίππῳ ἑαυτὸν παραδίδωσι, πιστεύσας μᾶλλον αὐτῷ ἢ τοῖς Συρακουσίοις. καὶ ἑαυτῷ μὲν χρῆσθαι ἐκέλευεν ἐκεῖνόν τε καὶ Λακεδαιμονίους

bant, et alii quidem in tela et arma incidentes confestim peribant, alii vero se ipsi mutuo complectentes secundo flumine ferebantur. In ulteriorem etiam fluminis ripam transgressi Syracusani (erat autem praeceps) et dispositi, e superiore loco Athenienses telis conficiebant, multos etiam avide potantes, et inter se ipsos in cavo fluminis alveo perturbatos. Peloponnesii vero *illuc* descendentes trucidarunt eos praecipue, qui erant in fluvio. Et aqua confestim est corrupta. Sed quamvis et coeno simul et sanguine esset polluta, nihilominus tamen bibebatur, et de ea multi inter se digladiabantur.

85. Tandem vero cum multa cadavera alia super alia in flumine jam jacerent, et exercitus profligatus esset, partim quidem apud amnem, partim vero, si quis etiam effugerat, ab equitibus, Nicias se Gylippo dedidit, quod ipsi majorem quam Syracusanis fidem haberet. Et cum illi, tum etiam *caeteris* Lacedaemoniis permisit, ut arbitratu suo de se statuerent: sed *hostes oravit*, ut caeteros milites *Athenienses* occidere ces-

ſarent. Poſtea vero Gylippus imperavit, ut *Athenienſes* jam vivi caperentur: et caeteros, quotquot *a Syracuſanis* nondum occultati fuiſſent, (horum autem numerus erat magnus) vivos *in urbem* deduxerunt; quinetiam trecentos illos, qui noctu per media *Syracuſanorum* praeſidia tranſierant, miſſis qui *eos* perſequerentur, comprehenderunt. Verum hujus exercitus ea quidem pars, quae in unum publice contracta fuit, haud magna fuit: ea vero, quae *a privatis hominibus* ſurrepta *ac ſuppreſſa* fuit, magna fuit. Hisque tota Sicilia fuit repleta, quippe quod *iſti* non ex pactione (quemadmodum illi, qui cum Demoſthene erant) capti fuiſſent. Quaedam etiam *horum* non exigua pars interiit. Haec enim ſtrages *a Syracuſanis eorumque ſociis tunc edita* maxima fuit; nec ulla minor earum *omnium*, quae in hoc Siculo bello factae fuerunt. Et in caeteris incurſionibus, quae, dum iter fieret, frequentes fuerunt, non pauci obierunt. Multi tamen etiam evaſerunt, partim quidem, vel ſtatim, partim vero, vel poſt toleratam *aliquandiu* ſervitutem, et poſtea fuga elapſi. His vero in Catanam erat receptus.

ὅ,τι βούλονται, τοὺς δὲ ἄλλους στρατιώτας παύσασθαι φονεύοντας. καὶ ὁ Γύλιππος μετὰ τοῦτο ζωγρεῖν ἤδη ἐκέλευε, καὶ τούς τε λοιποὺς, ὅσους μὴ ἀπεκρύψαντο, (πολλοὶ δὲ οὗτοι ἐγένοντο) ξυνεκόμισαν ζῶντας, καὶ ἐπὶ τοὺς τριακοσίους οἳ τὴν φυλακὴν διεξῆλθον τῆς νυκτὸς, πέμψαντες τοὺς διωξομένους, ξυνέλαβον. τὸ μὲν οὖν ἀθροισθὲν τοῦ στρατεύματος ἐς τὸ κοινὸν, οὐ πολὺ ἐγένετο, τὸ δὲ διακλαπὲν, πολύ. καὶ καθεπλήσθη πᾶσα Σικελία αὐτῶν, ἅτε οὐκ ἀπὸ ξυμβάσεως, ὥσπερ τῶν μετὰ Δημοσθένους, ληφθέντων. μέρος δέ τι οὐκ ὀλίγον καὶ ἀπέθανε. πλεῖστος γὰρ δὴ φόνος οὗτος καὶ οὐδενὸς ἐλάσσων τῶν ἐν τῷ Σικελικῷ πολέμῳ τούτῳ ἐγένετο. καὶ ἐν ταῖς ἄλλαις προσβολαῖς ταῖς κατὰ τὴν πορείαν συχναῖς γενομέναις οὐκ ὀλίγοι ἐτεθνήκεσαν. πολλοὶ δὲ ὅμως καὶ διέφυγον, οἱ μὲν, καὶ παραυτίκα, οἱ δὲ, καὶ δουλεύσαντες, καὶ διαδιδράσκοντες ὕστερον. τούτοις δ' ἦν ἀναχώρησις ἐς Κατάνην.

πϛ΄. Συναθροισθέντες δὲ οἱ Συρακούσιοι καὶ οἱ ξύμμαχοι, τῶν τε αἰχμαλώτων ὅσους ἐδύναντο πλείστους καὶ τὰ σκῦλα ἀναλαβόντες, ἀνεχώρησαν ἐς τὴν πόλιν. καὶ τοὺς μὲν ἄλλους Ἀθηναίων καὶ τῶν ξυμμάχων ὁπόσους ἔλαβον, κατεβίβασαν ἐς τὰς Λιθοτομίας, ἀσφαλεστάτην εἶναι νομίσαντες τὴν τήρησιν· Νικίαν δὲ καὶ Δημοσθένην ἄκοντος Γυλίππου ἀπέσφαξαν. ὁ γὰρ Γύλιππος καλὸν τὸ ἀγώνισμα ἐνόμιζέν οἱ εἶναι, ἐπὶ τοῖς ἄλλοις καὶ τοὺς ἀντιστρατήγους κομίσαι Λακεδαιμονίοις. ξυνέβαινε δὲ, τὸν μὲν πολεμιώτατον αὐτοῖς εἶναι, Δημοσθένην, διὰ τὰ ἐν τῇ νήσῳ καὶ Πύλῳ. τὸν δὲ, διὰ τὰ αὐτὰ ἐπιτηδειότατον. τοὺς γὰρ ἐκ τῆς νήσου ἄνδρας τῶν Λακεδαιμονίων ὁ Νικίας προὐθυμήθη, σπονδὰς πείσας τοὺς Ἀθηναίους ποιήσασθαι, ὥστε ἀφεθῆναι. ἀνθ' ὧν οἵ τε Λακεδαιμόνιοι ἦσαν αὐτῷ προσφιλεῖς, κἀκεῖνος οὐχ ἥκιστα πιστεύσας ἑαυτὸν τῷ Γυλίππῳ παρέδωκεν. ἀλλὰ τῶν Συ-

86. Syracusani autem et socii congregati, ac assumtis quam plurimis potuerunt captivis et spoliis, in urbem redierunt. Et caeteros quidem Atheniensium ac sociorum, quoscunque ceperant, in lapicidinas demiserunt, eam custodiam tutissimam esse ducentes: Niciam vero ac Demosthenem, invito Gylippo, necaverunt. Gylippus enim praeclarum certamen *atque victoriae praemium* sibi fore putabat, si praeter caetera ipsos etiam hostium duces ad Lacedaemonios *ex eo bello* portaret. Accidit autem ut alter quidem, Demosthenes *videlicet*, esset ipsorum hostis acerrimus, propter res in insula *Sphacteria* et ad Pylum *gestas*: Nicias vero, ob has ipsas *res*, amicissimus *atque gratissimus ipsis esset*. Nicias enim, inductis Atheniensibus ad foedera cum Lacedaemoniis facienda, magno studio contendit, ut Lacedaemoniorum cives in insula capti dimitterentur. Quamobrem et Lacedaemonii in ejus amorem erant propensi, et ipse maximam Gylippo fidem habens se *ipsi* dedidit,

Sed Syracusanorum quidam (ut ferebatur) partim quidem, veriti ne ille, quod colloquia cum illo habuissent, propterea *habita* quaestione felicem rerum suarum statum perturbaret; partim vero (et praecipue Corinthii) ne aliquibus pecunia adductis (quia dives erat) aufugeret, atque rursus aliquid rerum novarum in ipsos moliretur, sociis *ad hoc faciendum* inductis, eum interfecerunt. Atque Nicias quidem ob hanc aut *aliam* huic quam proximam causam morte mulctatus fuit, vir profecto omnium, mea saltem aetate, Graecorum minime dignus, qui eo infelicitatis deveniret, propter pietatis studium, quo Deos colere consueverat.

87. Captivos autem, qui erant in lapicidinis, Syracusani duriter initio tractarunt. Eos enim, quod multi in loco depresso essent, primum soles et praeterea graves aestus vehementer infestabant, quia nullo tecto tegebantur, et noctes contra autumnales ac frigidae supervenientes, propter mutationem novos ipsis morbos afferebant. Prae-

ρακουσίων τινὲς (ὡς ἐλέγετο) οἱ μὲν, δείσαντες, ὅτι πρὸς αὐτὸν ἐκεκοινολόγηντο, μὴ βασανιζόμενος διὰ τὸ τοιοῦτον ταραχὴν σφίσιν ἐν εὐπραγίᾳ ποιήσῃ, ἄλλοι δὲ (καὶ οὐχ ἥκιστα οἱ Κορίνθιοι) μὴ χρήμασι πείσας τινὰς (ὅτι πλούσιος ἦν) ἀποδρᾷ, καὶ αὖθις σφίσι νεώτερόν τι ἀπ' αὐτοῦ γένηται, πείσαντές τε τοὺς ξυμμάχους ἀπέκτειναν αὐτόν. καὶ ὁ μὲν τοιαύτῃ ἢ ὅτι ἐγγυτάτω τούτων αἰτίᾳ ἐτεθνήκει, ἥκιστα δὴ ἄξιος ὢν τῶν γε ἐπ' ἐμοῦ Ἑλλήνων ἐς τοῦτο δυστυχίας ἀφικέσθαι, διὰ τὴν νενομισμένην ἐς τὸ θεῖον ἐπιτήδευσιν.

πζ'. Τοὺς δ' ἐν ταῖς Λιθοτομίαις οἱ Συρακούσιοι χαλεπῶς τοὺς πρώτους χρόνους μετεχείρισαν. ἐν γὰρ κοίλῳ χωρίῳ ὄντας πολλοὺς οἵ τε ἥλιοι τοπρῶτον καὶ τὸ πνῖγος ἔτι ἐλύπει, διὰ τὸ ἀστέγαστον, καὶ αἱ νύκτες ἐπιγιγνόμεναι τοὐναντίον μετοπωριναὶ καὶ ψυχραί, τῇ μεταβολῇ ἐς ἀσθένειαν ἐνεωτέριζον, πάντα τε ποιούντων αὐτῶν διὰ

ϛενοχωρίαν ἐν τῷ αὐτῷ, καὶ προσέτι τῶν νεκρῶν ὁμοῦ ἐπ' ἀλλήλοις ξυννενημένων, οἳ ἔκ τε τῶν τραυμάτων, καὶ διὰ τὴν μεταβολὴν καὶ τὸ τοιοῦτον ἀπέθνησκον. καὶ ὀσμαὶ ἦσαν οὐκ ἀνεκτοὶ, καὶ λιμῷ ἅμα καὶ δίψει ἐπιέζοντο. ἐδίδοσαν γὰρ αὐτῶν ἑκάϛῳ ἐπὶ ὀκτὼ μῆνας κοτύλην ὕδατος καὶ δύο κοτύλας σίτου· ἄλλα τε ὅσα εἰκὸς ἐν [τῷ] τοιούτῳ χωρίῳ ἐμπεπτωκότας κακοπαθῆσαι, οὐδὲν ὅ,τι οὐκ ἐπεγένετο αὐτοῖς. καὶ ἡμέρας μὲν ἑβδομήκοντά τινας οὕτω διῃτήθησαν ἀθρόοι· ἔπειτα, πλὴν Ἀθηναίων, καὶ εἴτινες Σικελιωτῶν ἢ Ἰταλιωτῶν ξυνεϛράτευσαν, τοὺς ἄλλους ἀπέδοντο. ἐλήφθησαν δὲ οἱ ξύμπαντες, ἀκριβείᾳ μὲν χαλεπὸν ἐξειπεῖν, ὅμως δὲ οὐκ ἐλάσσους ἑπτακισχιλίων. ξυνέβη τε ἔργον τοῦτο Ἑλληνικὸν τῶν κατὰ τὸν πόλεμον τόνδε μέγιϛον γενέσθαι. δοκεῖν δ' ἔμοιγε, καὶ ὧν ἀκοῇ Ἑλληνικῶν ἴσμεν, καὶ τοῖς τε κρατήσασι λαμπρότατον, καὶ τοῖς διαφθαρεῖσι

cipue vero, quod propter loci angustias omnia in eodem *loco* facerent; et praeterea cadavera simul alia super alia jacerent coacervata, *eorum*, qui propter vulnera, et propter mutationem ac hujusmodi *causas* moriebantur. Erant etiam *illic* odores intolerabiles, praeterea fame simul et siti premebantur. Nam per octo menses *Syracusani* singulis eorum unam aquae cotylam, et duas frumenti cotylas dederunt. Denique quaecunque alia mala credibile est homines in hujusmodi locum detrusos perpeti, nullum horum fuit, quin ipsis acciderit. Atque septuaginta quidem dies vitam sic *omnes* egerunt *in angusto loco* stipati. Deinde vero praeter Athenienses, et si qui Sicilienses aut Itali cum illis militaverant, caeteros *omnes* divendiderunt. Quot autem in universum capti fuerint, arduum quidem accurate declarare: veruntamen non pauciores fuerunt septem millibus. Haec autem clades Graecis illata, earum *omnium*, quae in hoc bello contigerunt, maxima fuit: atque adeo (ut mihi saltem videtur) vel *omnium aliarum*, quas Graecis illatas fuisse fama accepimus, eademque victoribus splendidissima victis-

que calamitosissima. Nam omnibus in rebus prorsus victi, nec ulla in re leviter afflicti, sed funditus (ut dici solet) eversi fuerunt, et peditatus et classis: denique nihil fuit, quin perierit. Et pauci e multis domum redierunt. Atque hae quidem sunt res in Sicilia gestae.

THUCYDIDIS
LIBRI SEPTIMI
FINIS.

δυςυχέςατον. κατὰ πάντα γὰρ πάντως νικηθέντες, ϗ ὐδὲν ὀλίγον ἐς ὐδὲν κακοπαθήσαντες, πανωλεθρία δὴ, τὸ λεγόμενον, καὶ πεζὸς ϗ νῆες, ϗ ὐδὲν ὅ,τι ὐκ ἀπώλετο· καὶ ὀλίγοι ἀπὸ πολλῶν ἐπ' οἴκυ ἀπενόςησαν. ταῦτα μὲν τὰ περὶ τὴν Σικελίαν γενόμενα.

ΤΟΥ ΕΒΔΟΜΟΥ
ΤΟΥ ΘΟΥΚΥΔΙΔΟΥ
ΤΟ ΤΕΛΟΣ.